DISSERTATIO IVRIS PVBLICI INAVGVRALIS

DE

IVRE LIBERARVM IMP. CIVITATVM ADSPIRANDI AD SIMVLTANEAM RE-ET CORRELATIONEM IN COMITIIS IMP. R. G. EX VOTO DECISIVO IPSIS COMPETENTE FLVENTE.

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO,

PRINCIPE HASSIAE HAEREDITARIO, CET.

INDVLTV

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

CONSEQVENDIS

ACADEMIAE PROCERVM DISQVISITIONI

AD D. XVIII. NOV. MDCCLI.

SVBMITTIT

IOANNES IACOBVS WICKH

VLMENSIS.

MARBVRGI.

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI.

VIRIS

PERILLVSTRIBVS GENEROSISSIMIS

MAXIME STRENVIS

MAGNIFICIS PRAENOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS PRVDENTISSIMIS

S. R. I.

ILLVSTRIS ET LIBERAE REIPVBLICAE

VLMENSIS

PROCERIBVS

SPLENDIDISSIMIS

DN. DN. DN.

DVVM-VIRIS

CONSVLIBVS

ET

RELIQVIS INCLVTI SENATVS

MEMBRIS

LONGE AMPLISSIMIS

ANTIQVA STEMMATVM PROSAPIA

GRAVITATE PIETATE

MAGNIFICOQVE MVNERVM SPLENDORE

CONSPICVIS

PRVDENTIA CVRA ET VIGILANTIA

DE

REPVBLICA MERITISSIMIS

PATRIAE PATRIBVS

DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS

PATRONIS ET FAVTORIBVS MAXIMIS

HANC DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

IN

DEVOTISSIMAE MENTIS

ATQVE

OBSERVANTIAE NOTAM

EA QVA PAR EST SVBMISSIONE ET REVERENTIA
OFFERO ATQVE DEDICO

IOANNES IACOBVS WICKH.

DE

IVRE CIVITATVM
IMP. ADSPIRANDI AD SIMVLT. RE-ET CORRELATIONEM
IN COMITIIS IMP. R.G. EX VOTO DECISIVO IPSIS COMPTENTE FLVENTE.

§. I.

Suumam in Imperio Rom. Germ. majestatem siue adcuratius summum imperium in Germania, quae unicam omnino constituit rempublicam, prout disertis verbis in actis publicis adpellatur apud LONDORP. *Tom. IV. n.* 143. 154. 158. *et Cont. P. IV. L. II.* C. 17. *et P. V. L. I. C.* 71. cuiusque vnitatem ab HVBERO, TITIO aliisque impugna-

Summum imperium in Imp. Rom. Germ. exsistit penes Imperatorem et Status Imperii.

tam praeter *Celeb.* KVLPISIVM *in diss. de vnitate reipublicae in S. Imp. Rom. Perillustris Dom.* L. B. DE CRAMER, *Consiliarius iudicii aulici splendidissimus*, elegantissime de monstravit *in programmate* praemisso orationi: *de exsecutione immediata*, penes Imperatorem seu potius Regem Regni German. atqne membra Imperii eminentiora ac immediata, quae alias sub nomine *Statuum* Imperii venire solent, exsistere, ab iisdemque quoad pleraque iura maiestatica, eaque praecipua, vna cum Imperatore in comitiis exerceri, tam certum est, quam quod certissimum. Huius propositionis fundamentalis veritatem, ex qua interna structura atque forma reipublicae in Imp. Rom. Germ. vnice aestimanda et dimetienda, evincunt non modo conventus isti publici Imperatoris et Statuum Imp. quos, prouti inter omnes constat, *Comitia* adpellare consuevimus, in quibus eodem, quo iam indicauimus, modo peraguntur omnia; verum id quoque testantur litterae conuocationis, ipsae leges Imperii fundamentales, veluti Recessus Imp. omnes, si modo eorundem adtendere velis formulam finalem, Inst. Pac. et Capit. Nov. Sic in *litteris conuocationis*, quae ad singulos mittuntur Status, semper haec occurrunt verba: *auf dem Reichs-tag zu erscheinen, helfen zu handeln, zu berathschlagen und zu beschliesen, v. Lunigs Reichsarchiv T. I.* p. 640. In *Rec. Imp. de anno* 1555. §. 144. sequentia legere poteris: *und wir die verordnete Churfürstliche Räthe — — — bekennen mit diesem abschied, daß*

Id quod demonstratur

1) *ex litteris conuocationis*

2) *ex Rec. Imp.*

daß alle und jede obbeschriebene articul mit unserm guten willen, wissen und rath fürgenommen und beschlossen sind, willigen auch etc. Istiusmodi formulam iisdem repetitam verbis in omnibus aliis Recessibus adhibitam fuisse legi potest apud SCILTERVM *in append. histor. Iur. Publ., Datt. in vol. rer. germ., Muller in theatro Comitiali atque im Reichstag Staat., add.* SCMAVSS. *Corp. Iur. publ. acad.* Verba: *zu beschliesen, beschlossen sind*, distincte satis, ut mihi videtur, indicant divisionem summi imperii in Germania. Quae omnia *ex I. P. Art. VIII.* 3) *ex I. P.* §. 2. clarius adhuc atque distinctius elucescunt, quo quippe sancitum, quod *Status Imp. gaudeant sine contradictione iure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, praesertim ubi leges ferendae -- -- -- nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio et consensu*, quae vltima verba, nisi me omnia fallant, manifesto comprobant, communicationem summi imperii cum Statibus factam esse. Quid quod, ne hocius suffragii Statuum accipi aut explicari possit de consensu quodam minus principali, aut ceu dicunt Philosophi de conditione sine qua non, ut quidam sibi persuadent, eodem *Art. I. P.* §. 4. adpellatione voti decisivi cautum atque prospectum fuit. Votum enim decisiuum, quod ibidem Statibus tribuitur, propter suam naturam et essentiam istius modi respuit explicationem, atque semper necessario inuoluit, ius quoddam inter plures ita esse divisum,

ut singuli votantes seu suffragia ferentes ad eiusdem exercitium voto suo concurrere queant. Hisce omnibus adhuc addere liceat verba *Cap. Nov.*

4) *ex Cap. Nou.* *Art. IV. §. 1.: Zu allen berathschlagungen über die Reichs-geschäften, insonderheit diejenigen, welche in Inst Pac. namentlich exprimirt, und dergleichen sollen und wollen Wir die Churfürsten, Fürsten und Stände ihres iuris suffragii gebrauchen lassen, und ohne derselben Reichstägige freie bestimmung in selbigen dingen nichts fürnehmen noch gestatten.*

§. II.

Status Imp. definiuntur. Quamvis verus Status Imperii character ex dictis sine negotio erui atque deduci posse videatur: nihilo tamen minus in formanda Status Imp. definitione quam maxime inter se dissentiunt Dd; vel adtendentes ad requisita ut plurimum accidentalia, quae pro essentialibus venditant, vel falsas prorsus notas characteristicas pro fundamento ponentes. Horum quidem varias recensere definitiones earumdemque ostendere falsitatem hic locus non est, sed statim rem ipsam adgredi licebit. Solam immedietatem non penitus exhaurire essentiam Status, ex ipsis Imperii legibus colligi potest. *In Rec. Deput. de anno* 1564. §. 29. *et* 32. disertis verbis immediatorum, qui non sunt Status Imp. fit mentio, indubitato profecto indicio, ad Statum Imp. praeter immedietatem adhuc alia accedere debere requisita. Quum itaque immmedietas non sufficiat, essentiam potius atque characterem Status

Status diſtinctiuum in participatione ſummi imperii conſiſtere exiſtimarunt STRAVCHIVS *in Inſt. Iur Publ. L. I. T. 13. n. 3.* MAVRITIVS. *in diſſ. de matricula Imperii* §. 19. CONRING. *diſſ. de ciuibus Imp. germ.* §. 6. *Autor der grundveſte P. I. C. V. p. 37. et 42.* aliique plures, quorum ententia, quippe quae ſolidiſſimis nititur rationibus, et mihi placet, ſicque ſequentem in modum *Statum Imperii*, (1) definiendum eſſe puto, quod ſcilicet ſit membrum Imperii immediatum, quod de ſummo in Germania imperio participat, atque ad eius exercitium concurrendi iure pollet. Liceat quoque *Statum Imp.* definire per eum, qui ſeſſionem et ius ſuffragii ferendi in comitiis habet; ultima quippe definitio immediate ex priore fluit et deduci poteſt, ſimulque modum communicationis et rationem imperandi includit. Quum enim ſummum imperium in Germania, quod, uti iam ex §. I. conſtat, Imperatori atque Statibus coniunctim competit, nonniſi in comitiis queat exerceri, pro-

 uti

(1) Olim adpellabantur *Primates*, *Proceres*, *Primores regni*, item *ordines*; quas quidem denominationes nonnulli ex nimio antiquitatis ſtudio adhuc uſurpare ſolent; verum cum adpellatio Status, licet ſit recentioris aetatis, prae illis antiquis auctoritatem acceperit authenticam publicis conſtitutionibus, prouti v. gr. ex I. P., pace Neomagenſi, Ryſuicenſi et Badenſi adparet, eamdem quoque, quippe ſtilo curiae hodierno convenientiorem, retinere mihi placuit.

uti ex *I. P, Art. VIII.* §. 2. condiſcimus: recte exinde, puto, colligitur, votum et ſeſſionem ibi habentem concurrere ad exercitium ſummi imperii, ſicque quoque eſſe Status Imperii. Hac nota characteriſtica Status Imp. naturam et indolem penitus exhauriri, nemo facile inficias ire poteſt, modo leuiſſima atque ſuperficiaria ſaltim Imp. Rom. Germ. notitia imbutus. Quis enim ignorat, nos iis tantum membris Imp. nomen Status attribuere, quae ad comitia noſtra vocantur, in iiſdem adparent, ibidemque votum ſiue ius ſuffragii exercent. Cur v. gr. Nobiles Imp. immediatos non vocamus Status, nonne ideo, quia ipſis non competit votum et ſeſſio in Comitiis? At non ſolum vſus loquendi communis noſtram Status Imp. definitionem corroborat; verum multo maior exinde ipſi naſcitur auctoritas, quod et ipſae leges Imp. eamdem agnoſcant atque confirment. Sic in iam adleg. *Art. VIII.* §. 2. *et* 4. *I. P.* de omnibus Statibus Imp. praedicatur, *quod iure ſuffragii gaudeant in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imp., et quod omnibus competat votum deciſiuum.* Tollas iam velim ius ſuffragii et votum deciſiuum, per ipſas has leges aliquem non amplius Statum Imp. nuncupare poteris. Vides ergo, notam Status characteriſticam in ipſis legibus poni in ſeſſione et iure ſuffragii ferendi in comitiis, id quod COCCEII *in diſſ. de charactere Statuum Imp. T. II. Exercitat. p.* 918. et V. HENNIGES *in diſſ. de Statibus Imp. in meditat. ad I. P. p.* 278. vlterius elegantiſſime expoſuerunt,

runt, atque pluribus aliis legibus magis adhuc ſtabiliuerunt. Ceterum in definitione ne quidquam obſcuri remaneat, ſupereſt, vt adhuc paucis oſtendam, utrum iuris ſuffragii exercitium *ipſum* alicui competat neceſſe ſit, an vero ius ſuffragii ſine *eius exercitio* ſufficiat, vt quis inter Status Imp. cenſeri queat? Non deſunt, qui prius ſtatuere nullidubitant, quorum ſententia et praxi comitiali conuenientior eſſe videtur, cum et ipſe *Autor der grundveſte*, in rebus Imp. et comitialibus alias verſatisſimus, eamdem defendit his verbis: *daß einzig und allein die hergebrachte vertrettung einer gewiſen ſtell und ablegung des freien ſuffragii, bei denen Reichsberathſchlagungen einen Reichsſtand machen können*, id quod adeo extendit CONRINGVIS, vt diſerte tradat, eum *qui fruitur ſuffragii dicendi facultate, ſiue iure ſive iniuria, reapſe eſſe in Statuum ſiue ordinum cenſu, ſicut e contra qui illa caret, ſiue iure ſiue iniuria, non ſit actu ciuis.* Enim vero poſteriorem ſententiam veritati adhuc conuenientiorem eſſe non ſine ratione exiſtimo, cum ipſis nitatur legibus Imp. Evoluas modo *Rec. Imp. de anno* 1570. §. 163. ubi qui nullam adhuc obtinere potuerunt ſeſſionem in comitiis, ſcilicet quoad exercitium iuris ſuffragii, vti ex ſubſtrata materia faciſe licet colligere, ſimpliciter tamen Satus Imp. nominantur. Hic locus procul dubio de iis accipiendus venit, qui ad votum et ſeſſionem quidem admiſſi conſequenter reipſa Satus facti ſunt: attamen, aliis ex circumſtantiis impediti votum ſuum

non-

nondum exercere potuerunt. In *Rec. Imp. de anno* 1641. §. 97. *et Rec. Imp. nou.* §. 197. hi vocantur abſolute atque ſimpliciter admiſſi ad votum et ſeſſionem in comitiis. Vſus huius diſtinctionis interim in quæſt. an ſuſpenſus Status Imp. poſſit adhuc dici ſtatus? ſeſe exſerit, quam omnino adfirmandam eſſe, ex hactenus dictisclarum eſt. Ex inde iam per ſe patet, in quo conſiſtat *ius Status*, in vernacula *die Reichsſtandſchaft* adpellari ſolitum; ſcilicet eſt ius, vi cuius alicui ſeſſio et ius ſuffragii ferendi competit, de quo paucis adhuc monendum, quod cum ipſo territorio cuiuslibet Status ſit connexum, conf. *A. B. Cap. VII.* §. 2. add. SCHMAVSS. *Corp. iur. publ. acad.* p. 1291.

§. III.

Inter quos Ciuitates imperiales quoque tenent locum.

Praemiſſa atque explicata hactenus Status Imp. definitione, in eo nunc occupati ſimus neceſſe eſt, vt illamquoque liberis Imp. Ciuitatibus competere, ad eaſque adplicari poſſe oſtendamus. Nimirum Civitates in Imp. R. G. exſiſtentes maxima intercedit differentia. Quaedam, quae et maximam conſtituunt partem, in prouinciis Dominorum Territ. Germaniae ſitae ipſorum imperio, quo gaudent, ſubordinato, quod *ſuperioritas territorialis* recentiori aetate audire conſueuit. vid. MASCOV *Iur. Publ. L. VI. C. I.* §. 9. ſubiectae ſunt, et ſub nomine generali *Ciuitatum prouincialium ſeu municipalium, der Landſtädte,* venire ſolent. Nonnullae autem Dom. territ. prorſus non agnoſcunt ſuperiorem, ſed potius, quum vt plurimum

inſtru-

instructae ſint territorio quodam ſpeciali, peculiares conſtituunt prouincias regni Germaniae ſiue ſpeciales Imp. Rom. Germ. reſpublicas (2), et non niſi

(2) ANDREAS KNICHENVS *in velit. apologet. contra iura territorialia Ciuit. Imp. et in epopſi Dauthina hypotheſeos: utrum liberae Ciuitates iura principis in ſuis rebuspubl. obtineant*, Ciuitates quidem imperiales e numero rerumpubl. ſpecialium Imp. R. G. expellere conatus: at infelici admodum ſucceſſu, dum nullus fere eruditorum eidem adſenſum praebuit. Alii potius maiori fundamento eaſdem in numerum ſpecialium rerum publ. Imp. R. G. referre maluerunt. Sufficit hic adlegare *Cel.* HERTIVM, qui in erudita *diſſ. de ſpecialibus R. G. Imp. Rebuspubl. earumque diuerſis nominibus et figuris* §. 3. *et* 6. *ſiue Vol. I. T. II. p.* 55. *Opuſcul. ex edit.* HOMBERGK. Ciuitatibus imperialibus inter eaſdem locum vindicare nullus dubitauit. Sane de iis Ciuitatibus, quae integra tenent territoria, comitatus nempe atque dynaſtias, veluti Vlma, patria dilectiſſima, Norimberga etc. res expedita eſt, cum hae in territoriis ſuis *vi. I. P. Art. V.* §. 29. *et Art. VIII.* §. 14. ſuperioritatem terriorialem exercere valeant. An idem dicendum ſit de Ciuitatibus, omni deſtitutis territorio, valde dubium videtur, cum ſine territorio conſiſtere nequeat reſpublica. Sed ſalua res eſt; omnes Ciuitates imperiales, ſpeciali territorio non gaudentes, i. e. nullos tenentes comitatus atque baronatus, intra muros ſaltim gaudent ſuperioritate territoriali *I. P. Art. VIII.* §. 4.; ergo ipſe diſtrictus complectens ciuitatem ipſam, territorium conſtituit iſtiuſmodi Ciuitatis imperialis, ſicque

nisi in nexu quodam immediato cum Imperatore et Imperio sunt constitutae. Inde etiam, cum scilicet sint membra Imp. immediata, in contradistinctionem ciuitatum municipalium atque per excellentiam vocantur *immediatae atque liberae Imp. Ciuitates*, *ohnmittelbare freie Reichsstädte*, vel simpliciter *Ciuitates imperiales*, *Reichsstädte* (3) Hae Ciuita-

que etiam eodem, quo ceterae, iure nomen reipublicae sibi vindicare possunt. Sufficit enim adesse territorium; eiusdem magnitudo hic nullam producere potest differentiam. HERTIVS *in modo laud. diss. S. I.* §. 2. de Ciuitatibus huius generis dicit, quod faciant respublicas minorum gentium; cuiusmodi sunt, quas *Itali* vocant *Republichette*.

(3) De earum origine, et quo primum tempore libertatem nactae sunt, prolixius hic differere instituti nostri ratio haut permittit. Plura interim hac de re admodum obscura et incerta legi merentur in diss. B. RAV, *Vlm. de pari nexu Ciuitatum imperialium cum Sac. Rom. Imp. von denen freien Reichsstädten*, *sub praesidio Cel.* SCHWEDERI *habit.* C. I. §. 1. 2. 3. *et* 9. add. *Ill. Dom. Procancell.* ESTORS *Anmerkungen über das Staats - und Kirchenrecht* 36. *haubtstük* p. 579. §. 396. seq. *et* KNIPSCHILD *de iurib. et priuil. Ciuit. Imp. L. I. C. V. p.* 54. *n.* 8. *seq.* Discrimen quod adtinet, quod Ciuitates liberas inter atque imperiales intercedere quidam existimant, quodque inprimis IOH. PHILIPP HEVSS. *Argentin. in diss. de dispari nexu Ciuitatum cum Imperio, von Reichs - und freien Reichsstädten*, *sub praesidio*

B. DE

Ciuitates imperiales, prout in territoriis ſuis non minus

B. DE LVDWIG *habit.* ſtabilire ſtuduit, plane nullum eſſe pariter oſtenſum fuit in *modo laud. diſſ.* B. RAV *c.* 1. §. 15. *ſeq.* Verum quamuis illam differentiam, quam profert *Dom.* HEVSS., omni deſtitui fundamento facile concedam, quum teſte experientia quotidiana omnes omnino Ciuitates Imperii indiſtincte gaudeant ſuperioritate territoriali: ideo tamen nondum ſequitur, vt nullum aliud olim ſuperfuerit inter eas diſcrimen. Sane Ciuitates imperiales olim ſic eſſe diuiſas, extra omnem dubitationis aleam eſt poſitum. Exſtant enim multa monumenta publica, ex quibus indubitanter adparet ſeculo XIV. iam in vſu fuiſſe dictam diuiſionem. Sic *Imperator Carolus IV.* iam anno 1356. tres Ciuitates Mogunt. Wormat. et Spiram adpellat *Freiſtædte*, apud LEHMANN *in Chron. Spirens. L. VII. c.* 50. *p.* 714. Ex concepta *Ordinationis Regimenti* noua formula manifeſto quoque adparet dicta differentia; ibi namque expreſſe ſtatuitur, nonum adſeſſorem eligendum eſſe *ex Freiſtædten*, decimum *ex Reichsſtædten*, *vid. Datt de pace Imp. publ. L. III. c.* 12. *n.* 3. *p.* 602. Hancce diuiſionem ipſae Ciuitates inter ſe adhuc obſeruarunt anno 1486. ratione ſubſcriptionis, prout iterum patet ex LEHMANNO *l. c. L. VI. p.* 249. In Comitiis Wormat. anno 1495. habit. iterum ſe ſepararunt in liberas et imperiales, LEHMANN *l. c.* ex quo ſimul intelligitur, liberas praerogatiuam ſeſſionis ſibi vindicaſſe. Licet autem de diuerſa hac adpellatione olim vſitata nullum ſupereſſe queat dubium; minime tamen in actis publ. reperitur, quid ſibi velit

minus quam intra muros plenam excerrent superioritatem

lit hoc discrimen, et in quo potissimum fundamentum diuidendi consistat. Inde habemus tot diuersas Dd. super hac adpellatione sententias et coniecturas, quas praeter LEHMANNVM *c.l. L.IV. C.IV. p.*246. B. RAV *l.c. C.II.* §.16. recensuit. add. KNIPSCHILD *L.I. C.II. n.* 17. *p.* 17. *seq.* Ex quibus eorum opinionem haut spernendam esse cum LEHMANNO *d.l. L.IV. C.IV.* statuo, qui Ciuitatem *liberam* illam vocatam esse tradunt, quae antiquitus nonnisi Imperatorem et Imperium agnouit superiorem; *imperialem* contra, quae prius dominum agnouit intermedium, quam libertatem atque autonomiam obtinuit. Prioris generis Ciuitates autem cum imperialibus quoad iura ipsa etiam tum pari passu ambulasse certum est, nisi quod illae, propter immedietatem et libertatem *antiquiorem*, praerogatiuam sessionis prae imperialibus sibi vindicauerint. *Ill. Dom. Procancell. l.c.* §.428. *seq.* ingeniose admodum in controuersiis Ciuitatum cum Episcopis earundem libertatem quaerendam esse existimat, sicque illas Ciuitates Imp., in quibus sedes Episcopi collocata, obortis cum illis controuersiis, sese ipsas nuncupasse *Liberas* tradit, vt indicio sit, se Episcoporum potestati atque iurisdictioni non esse subiectas. Hancce coniecturam admodum probabilem inde concludit, quod in omnibus Ciuitatibus, quae olim vocatae sunt *liberae*, sedes Episcopi fuerit constituta, quodque in foedere Constantiensi, contra Episcoporum praetensam potestatem anno 1385. inito et directo, primum se nuncupauerint *Freistaedte.* Ceterum quum in Comitiis Augu-

rioritatem territorialem legitime adquisitam (4), quae ipsis in I. P. Art. V. §. 29. et 30. et Art. VIII. §. 1. et 4. confirmata est, add. *Cap. Nou. Art. I.* §. 2. 4. *et* 9., quaque reliquis dominis territorialibus, Electoribus

Augustan. anno 1474. Ciuitates in duo scamna *Rhenan.* et *Sueuic.* se separarint, haut attento inter liberas et imperiales discrimine, vid. LEHMANN *l. c. L. VII. C.* 113. *p.* 896.: ab his inde temporibus haec differentia vsu carere atque pedetentim in desuetudinem abire coepit, licet et post hunc annum vestigia huius discriminis in actis Wormatiens ib., vt supra indicauimus, adhuc compareant. Quidquid interim huius rei sit, id saltim certum atque extra omne dubium est positum, hodie dictam differentiam plane cessare, ita, vt quaelibet Ciuitas imperialis etiam iure meritoque *libera* dici queat, eo scilicet sensu, quo *liberi* vocantur Electores, Principes, Comites aliique Status plures, *die freie Reichsfürsten*, *freie Reichsgrafen*, *freie Reichsherren*, *freie Reichsritterschaft*, non quod ab omni obligationis aut fidei vinculo sint immunes, et ab Imperatoris Imperiique iurisdictione exemtae, sed quod ab Electorum, Principum, Comitum et aliorum Statuum iurisdictione liberae exsistant, et non nisi in nexu quodam immediato cum Imperatore et Imperio sint constitutae, vnde et *immediatae* adpellantur, conf. KNIPSCHILD *l. c. L. I. C. II. n.* 16. *p.* 17. add. I. P. Art. V. §. 29.

(4) Quo potissimum tempore Ciuitates nactae sunt sup. territ., tractatum fuit in diss. Dn. HEILBRONNERI *de sup. territ. Ciuitatum sub praesid. Cel.* WILDVOGELII

bus nempe atque Principibus, exaequantur (5): ita inprimis earum eminentia et praerogatiuae exinde

LII *habit.* conf. SCHWEDER *de pari nexu etc. C. II.* §. 7. *seq.* vbi praecipua iura in S. T. contenta in adplicatione ad Ciuitates imperiales breuiter et fuccincte enumerantur.

(5) Haec cum grano falis funt intelligenda. Minus recte exinde concluderes, fi Ciuitatibus eamdem plane ab aliorum Statuum haut diuerfam fup. territ. me attribuere exiftimas, ita, vt quaelibet Ciuitas Imp. in territorio fuo peragere poffit omnia, quae hic vel ille Elector aut Princeps poteft in fuo. In eo tantum Ciuitates cum ceteris Statibus pari paffu ambulare adfero, quod eaedem, prout reliqui Status, vi *I. P. Art. VIII.* §. 1. generatim gaudeant fup. territ. Sicuti autem ipfa S. T. pro prouinciarum feu fpecialium rerum publ. Imp. R. G. diuerfitate quam maxime differt, atque ab vna ad alteram minime valet confequentia: ita res fefe quoque habet cum S. T. Ciuitatum imperialium, conf. GRVNDHERR *de* WEIERHAVS *et* ALTENTHANN *in erud. diff. de characteribus Sup. Territ. caute defignandis*, *fub praefid. Cel.* HEVMANNI *habit.* *Ill.* MOSER *im Grundriß der heutigen ftaatsverfaffung des Teutfchen Reichs l.* 4. *c.* 18 §. 3. *et* SECKENDORF *im fürftenftaat p.* 62. *et.* 69. Ceterum fuperioritatem hanc vel foli magiftratui, vel toti vniuerfitati, ex quibus Ciuitas quaelibet imperialis confiftit, *iure proprio* competere, eiufque nomine a magiftratu cuiuslibet Ciuitatis exerceri, ex ipfa huius iuris praecipui adquifitione haut perperam colligitur. Falluntur

inde quoque elucescunt, quod vna cum Imperatore, Electoribus atque Principibus de summo participent imperio, ad eiusque exercitium in comitiis concurrendi iure pollent, seu vt paucis plura dicam, quod inter statusImp. locum teneant. Nulla hodie lis est super iure Status Ciuitatum imperialium, cum non solum scriptores historici fide dignissimi, verum etiam acta publica atque ipsae Imp. leges hancce ipsis tribuant qualitatem. Exinde, nisallor, euidentissime hoc patescit, quod antiquitus iam vsque ad nostra tempora ad comitia conuocata fuerint, in iisdem adparuerint atque votum et sessionem ibidem habuerint. Quo quidem tempore praecise Ciuitates Imp. ad comitia coeperint vocari, atque primum iuris Status participes redditae sint, certo determinari nequit; eas autem anno 1255. hac qualitate iamiam praeditas fuisse, ex Regis *Wilhelmi* constitutione anno 1255. in comitiis facta quam euidentissime patet; Ibi enim haec leguntur: *Vt autem inter Nobiles Terrae et Ciuitates non possit dissensionis vel discordiae scrupulus suboriri, per quem hoc sanctum pacis negotium impediri valeat vel turbari; de concordi consensu et vnanimi voluntate Nobilium etiam et Ciuitatum ex matu-*

luntur ergo, qui eius fundamentum in Commissione perpetua Caesarea quaerunt, atque dictarum Ciuitatum magistratus tamquam nudos Imperatoris administratores habendos esse arbitrantur.

matura deliberatione nostri consilii sic decreuimus etc. vid. DATT *vol. rer. germ. L. I. c.* 4. *n* 20. *p.* 22. Permulta alia adducere possem testimonia et documenta idem probantia; enim vero cum haec iamiam collecta, atque enumerata sint in SCHWEDERI *diss. de voto decisiuo Ciuit. Imp.*, ne acta agam, eadem silentio praeterire malui. Id tantum addere liceat, quod tam Imperator quam ceteri Status in Ciuitatum fauorem iam dudum agnouerint, in numerum Statuum easdem esse referendas. Expedit ipsa verba LEHMANNI huc spectantia proferre, ibi *L.* 4. *c.* 4. *Chron. Spirens p.* 250.: *vor jahren ist etlichen hohen persohnen und anderen gelehrten, etwas fremd und ærgerlich vorkommen, daß die stædt, und bevorab theils geringe, den hæheren stænden des Reichs, indeme was ihre freiheit, Regalia und gerechtigkeit belangt, sollten verglichen werden, und den titul und nahmen eines stands haben und führen, deshalben in büchern und schriften der stædte freiheit in disputat gezogen. Demnach aber diese irrung der Kaiserl. Maj. anno* 1582. *auf dem Reichstag in Augspurg fürkommen; haben sich dieselbe in einer resolution über der obern stænde bedenken in puncto Contributionis dahin erklært, daß die* STAEDT MITGLIEDER VND STAENDE DES REICHS *und der Reichs-Constitutionen fæhig seyen.* Ipsi Status autem ita se declararunt apud LEHMANN *d. l. Hernach den* 1. *Aug. haben die obern stænde öffentlich im Reichsrath vermelden lassen, daß Churfürsten und andern stænde anders nichts wissen, dann, daß die* STAEDT STAENDE DES REICHS *wæren,*

die

die sie auch jederzeit davor erkanndt, gehalten, zu den Reichstægen erfordert, und mit ihnen referirt und correferirt hætten. Die evangel. stænd haben sich noch mehrers in dero rath gegen der stædt gesanndten resolvirt und vermeldet, nachdem ein mißverstand eingefallen, als ob die stædt nicht stænde wæren, daß es diese meinung bei geist - und weltlichen fürsten gar nicht hætt, dann es offenbar, und niemand würde es wiedersprechen kœnnen, daß die stædt Reichsstænde und daher des religion-friedens und aller Reihsconstitutionen und wohlthaten fæhig seyn. Durch solche erklærung haben Kais. Majest. und die hœhere stænde, den disputanten in erregtem streit ohnzweifentlichen Entscheid und ausschlag geben, wornach sich zu richten etc. add. LEHMANN *Reichshændel L. I. C.* 18. *p.* 39. *et* C. 19. *p.* 43. LONDORP *L. VII.* C. 306. et *autor der grundveste P. II. C. VI. p.* 135. Sic quoque ad Comitia vocantur hac formula: *daß sie wollen erscheinen, mit und neben anderen stænden helfen handeln, rathschlagen und schliesen.* In *A. B.* quoque atque omnibus *Imp. Recessibus* Ciuitatum tanquam Statuum fit mentio. Praesertim autem ipsis *in I. P. Art. V.* §. 29. ius Status confirmatum esse nouimus; vbi notanter sequentia leguntur verba: *Liberae Imperii Ciuitates, prout omnes, atque singulae sub adpellatione Statuum Imp. non tantum in pace religionis et praesenti eiusdem declaratione, sed et alias vbique indubitate continentur*, *add. Cap. Nou. Art. I.* §. 3. Ex quo textu haut obscure colligitur, cum qualibet Ciuitate imperiali ius Status esse conne-

xum, ita, vt Ciuitas, cui non competit ius Status, quoque non dici queat Ciuitas imperialis. Hinc secundum ipsa verba *I. P. Ciuitates Imp* recte definiri aliter non possunt, quam quod sint Ciuitates Imp. immediatae, iure Status Imp. atque superioritate territ. gaudentes. (6)

§. IIII.

Ciuitates vi iuris

Quamuis autem Ciuitates Imp. antiquissimis iam temporibus vi iuris Status votum siue suffragium

(6) Non sine ratione sup. territ. in definitione fit mentio. Sunt quidem, qui sup. territ. propriam adfectionem et essentiale consecutiuum Status Imp. esse contendunt, ita, vt posita vel negata qualitate Status ponatur quoque vel negetur ius territoriale, prouti sentit *Cel.* SCHWDERVS *in introd. ad ius Publ. P. II. S II. c.* 1. §. 10. *et c.* 9. §. 3. Verum quamuis qui iure Status gaudet, sup. territ. particeps esse possit, et ordinarie quoque eamdem teneat: ex iure Starus tamen non intelligimus, an quis sup. ista reuera sit praeditus. Quin imo, cum multi Status territorio destituantur, non possunt non multis quoque cum territorio connexis iuribus carere. Praeclare in rem L. B. de LYNCKER *in diss. de sup. territ. p.* 59: *Sane hodienum in Sueuia Praelati atque monasteria eximia sunt, quibus Status Imp. conditio, sed non etiam superioritatis iura competunt etc. Similiter abbatem S. Galli, Lindauiense monasterium, S. Emerani, tum et superius et inferius Ratisbonae non pollere superioritate, qua tantum gaudent vrbes, in quibus sita sunt.* Plura exempla huc spectantia refert GRVNDHERR de WEIERHAVS *et Alteuthann* l. c. §. 12. p. 14.

gium fine vlla controuerſia in comitiis tulerint deciſiuum, prout in *iam laud. diſſ. de voto deciſiuo Ciuit. Imp.* ex ſcriptoribus coaeuis, documentis publ. atque actis comitialibus ſatis ſuperque oſtenſum fuit, conf. *bedenken herrn D.* LVDWIG GREMPS *zu Strasburg und herrn D.* HIEROYMI *zum Lamb zu Frankfurth am Mayn, der freien und Reichsſtædten ſeſſion, ſtand und ſtimm belangend* in LVNIGS *Europæiſchen Staats-Conſiliis P. I. n.* 143. atque ex infra dicendis magis adhuc atque diſtinctius adparebit; illud tamen initio ſeculi XVI. neſcio qua temporis iniuria primum ipſis controuerti voluit. Quum enim Ciuitates in Comitiis medio ſeculi XV. et ſub initio ſeculi XVI. habitis, plerumque quantum fieri potuit, Electorum Principumque ſententiis ſeſe confomarint: circa annum inprimis 1521. in adſentiendi neceſſitatem id trahere coeperunt Collegia ſuperiora, ita, vt non niſi votum Conſultatiuum Ciuitatibus Imp. competere, ſicque meram obſequii nudique adſenſus gloriam ipſis relictam eſſe exiſtimarent, id quod etiam ex oratione *Friderici Palatini* ad *Carolum V.* videre licet apud HVBERT. *Thom. Leodium in annalibus Palatin. L. V. f.* 79. At quem latent lites atque controuerſiae ſuper hac mutatione obortae. Prouti enim Ciuitates ab initio ſtatim conquerebantur ſuper hac nouatione ab Electoribus atque Principibus contra omnem obſeruantiam imperialem introducenda: ita et repetitis vicibus Electores Principesque adibant, vt tandem ab huiuſce modi conamine in maxi-

Status olim iam habuerunt votum deciſiuum.

Super quo tamen poſtea maxima ſuborta eſt controuerſia.

mum Ciuitatum praeiudicium teudente desisterent. Cumque nil obtinere valerent, auxilium Ferdin. I. qui tum temporis Rex Rom. erat, implorabant; ex eadem quoque causa legatos ad ipsum Imperatorem Carolum V. propriis sumtibus in Hispaniam mittebant, vt autoritatem interponeret Caesaream atque Ciuitatum votum decisiuum, quo quieta antea fruitae fuerant, conseruare studeret. Sed et hac ingressae via non efficere potuerunt Ciuitates, vt pristinam nanciscerentur libertatem. Omnibus itaque destitutae mediis ipsis nil relinquebatur, quam, vt vbi aliquid in eorum praeiudicium susceptum protestando ius suum quaesitum conseruare operam nauarent, id quod non vna vice factum fuisse nouimus, quo denique factum, vt hae controuersiae acerrime nonnumquam inter Electores Principesque atque Ciuitates agitatae ad pacem Westph. vsque indecisae manserint, in qua denique Ciuitates ratione voti decisiui in integrum restitutae fuerunt, vti constat ex *I. P. Art. VIII.* §. 4, De his omnibus legi merentur ipsa acta Comitialia, v. gr. Wormatiensia, Heilbrunnensia Argentoratensia, Frankofurtensia etc. Seriem huius controuersiae vlterius ex actis comitialibus insigni diligentia collegerunt *Autores modo laud. Consilii*, add. PFANNER *in historia Comit. L. III* §. 12-29. *et* DATT *l. c. L. V. C. VI. et VII. p.* 803. *seq.* ubi multa exstant acta publ. in hac materia edita.

quae denique in P. W. in fauorem Ciuitatum fuit decisa.

§. V.

§. V.

Tametsi autem Electores Principesque tamquam compaciscentes in votum Ciuitatum decisiuum consenserint atque post tempora p. w. illud quoque agnouerint in declaratione sua super praetensa Ciuitatum admissione ad simultaneam re-et correlationem, his verbis: *Gestallten dann auch chur und fürsten die Erb-frei und Reichsstædt für ihre mitstænd des heil. Ræm. Reichs, jedoch seruata ordinum distinctione, wie bei allen Imperiis et regnis gebræuchlich, undisputirlich halten, und gerne gestehen, daß ihnen nicht weniger als denen hœbern stænden in gemeinen reichshandlungen das ius suffragii et votum decisiuum vermæg des friedens schlusses gebühren thue*, vid. LONDORP *P. VII. L. VII.* c. 306.: mox tamen alia, eaque grauissima, orta est controuersia inter Electores Principesque ab vna, et Ciuitates ab altera parte, non quidem de ipso voto, sed tantum de modo id exercendi. Nam Ciuitates in comitiis superioribus tam quam hodiernis maxime conquerebantur, se eo, quo par est, et quo ipsis in pace concessum, modo ad suffragii sui decisiui exercitium hactenus peruenire non potuisse, dum scilicet Electores atque Principes a *simultanea*, vt vocant, *re-et correlatione* conclusorum collegialium ipsas excludant, demumque conclusum suum commune, post quam de eo iam ante inter se conuenerant, cum ipsis communicent, quo ipso tamen necessario votum decisiuum corruere Ciuitates

Alia mox grauissima lis super modo id exercendi coepit.

dum Ciuitates ad simult. re-et correlat. admissionem praetendunt.

tes arbitrantur; hincque cum hoc contra mentem et intentionem pacis Westph. sit; optimum ipsis ius esse satisque fundatum credunt, vt ante quam duo collegia superiora inter se conuenerant, ad simultaneam re- et correlationem, conclusi communis trium collegiorum conciliandi gratia, admittantur. At Electores Principesque, probe memores, quod in *I. P.* votum Ciuitatum decisiuum extra omnem dubitationis aleam positum sit, replicando adserere nulli dubitant: saluum Ciuitatibus esse et manere suffragium decisiuum, licet non admittantur ad primam re- et correlationem, inter duo tantum collegia superiora institui solitam, quippe a qua ob antiquum morem et perpetuam obseruantiam imperialem iure excludantur. Effectum voti decisiui sese exserere in eo, quod Collegia superiora absque Ciuitatum consensu conclusum Imperii formare non valeant, atque si voto suo dissentiant Ciuitates, earum non minus quam reliquorum Statuum sententia placito Imperii inseratur, atque ad Imperatorem referatur, id quod superioribus Comitiis Electorum atque Principum collegia ipsa in declaratione sua super praetensa Ciuitatum admissione ad simultaneam re- et correlationem concesserunt apud LONDORP *P. VII. L, VI.* C. 306. et *Autor. der grundveste P. II. C. VI. p.* 140. his verbis: *Deme allem nach so erklæren sich die chur- und fürstliche ræthe und abgesandte im nahmen und anstatt ihrer gnædigsten und gnædigen churfürsten, fürsten und herren nochmalen und endlich dahin, daß dieſel-*

quam tamen duo Collegia superiora ipsis denegant.

dieselben denen frei- und Reichsstædten in ihrem voto decisiuo, wie dasselbige ihnen im friedensschluß attribuirt und zugeeignet wird, einigen abbruch zuthun nicht gemeint, sondern dasselbig in allen krafft Kais. Proposition zu berathschlagen vorgestellten und noch künftig vorkommenden materien erfordern und ablegen, auch wan dasselbige mit deme, was churfürsten und stænde unter sich bereits verglichen und beschlossen haben mæchten, übereinstimmen thæte, darüber im nahmen aller 3. reichsræthe ein einhelliges reichs-gutachten an ihro Kaiserl. Majestæt verfassen; wann es aber mißstimmig, und man sich, wie herkommens, mit ihnen einer sæmtlicher meinung nicht vergleichen kœnnte, nichts destoweniger solches alles, wie es von einem oder andern collegiis, bei der re- und correlation eingebracht worden, als einem unvollkommenen schluß, in ein gesamtes bedenken an ihre Kaiserl. Majestæt zu verfassen, zu dem end, daß durch dieselbe die fernere vergleichung und ausschlag bei ein oder anderm stand gesucht werden mæge. Ceterum in vtramque partem hac de controuersia hucusque disputatum est publicis scriptis, et superioribus et hodiernis Comitiis, quae exstant apud LONDORP. *P. VII. L. VI. C. 139. 265. 306. 307. et* HAGEMEIER *de comitiis Imp. Germ. c. 6.* add. PFANNER *histor. Comit. L. III. §. 24-29. et §. 94.* Interim Ciuitates hactenus nil obtinere potuerunt, dum Electores Principesque, antiquum inprimis adlegantes morem, vehementissime huc vsque restiterunt. Verum enim vero, si cui hancce controuersiam, ob

ob saepius interpositas pro et - reprotestationes ad hodiernum vsque diem indecisam, seposito omni partium studio, adcuratius, quam plerumque fieri solet, perpendere placet: is profecto sine negotio perspicere poterit, per dictam exclusionem a simultanea re et correlatione Ciuitatum Collegium omnino effectu voti siue frustragii decisiui frustrari; sic que illud admissionem ad illam iure optimo meritoque praetendere posse. Me quod adtinet, Ciuitatum ius in hac lite praeualere iam dudum existimaui. Quare cum in praesentia rerum occasio mihi obtingat, vt pro summis in vtroque iure obtinendis honoribus, quos Parentum suauissimorum mandatum atque voluntas ambire me impulit, specimen academicum. prout antiqua acad. fert consuetudo, edere sim obstrictus: hanc illustrem controuersiam, quae praeterea vlteriorem ad huc meretur disquisitiorem, in diss. mea inaug. pro themate eligere atque quod iure optimo Ciuitatibus imperialibus competit, pro viribus ipsis vindicare nullus dubitaui.

§. VI.

Ordinis ratio rem tractandi indicatur.

Vt autem in enucleando atque deducendo praecipuo hoc Ciuitatum imperialium iure a veritatis tramite haut aberrem: hancce ordinis rationem obseruandam esse censeo, vt quo modo iura maiestatica in Imp. Rom. Germ. comitiis exerceantur ostendam, siue paullo specialius 1) quomodo conficiantur conclusa collegialia, 2) quomodo dein-

inde per mutuam conclusorum collegialium collationem conclusum commune vel duorum vel trium collegiorum oriatur (7), et qui denique 3) fiat, vt accedente Imperatoris consensu ad istiusmodi conclusum commune vel duorum vel trium collegiorum, per-re et correlationem mutuam formatum, *Decretum* siue *Conclusum Imperii*, *ein Reichsschluß*, proueniat. His enim praemissis, atque ex legitimis et genuinis deductis fontibus, facile erit diiudicatu, Collegium Ciuitatum effectu voti decisiui, licet non in totum, saltim quoad maximam partem, actu priuari. Hoc peracto vltimo loco adhuc docendum, Electores atque Principes frustra prouocare ad antiquum morem et obseruantiam, cum tantum absit, vt talem adlegare queant, vt potius Ciuitates ad simultaneam re-et correationem olim admissas fuisse, solidissimis probare testimoniis mihi confidam.

§. VII.

Iam ex §. I. constat, summum in Germania imperium administrari et exerceri per Imperatorem et *Traditur ergo 1) doctrina de*

(7) quod in vtroque casu *Placitum Ordinum Imperii*, *ein Reichsgutbachten*, nuncupatur, prout ex infra dicendis vlterius patebit. Alias placitorum Ord. Imp. adpellationes videsis in *Cel.* KVLPISII *diss. de placitis Ord. Imp. vulgo Reichsgutbachten* §. 2.

formando concluso collegiali. et Status Imp., ita, vt sine interueniente ab vtraque parte consensu in negotiis, totum Imperium concernentibus, nil valide fieri atque decidi possit. Sane LAMPADIVM *de Rep. R. G. P. III. c. 8. n. 13.* PAVMEISTERVM *de iurisdict. Imp. Rom. L. II. c. 2. n. 20.* aliosque plures a vero haut alienos esse arbitror, in duas distribuendo semisses summum imperium, quarum vnam Imperator, alteram vero vniuersi Status coniunctim sumti habeant, ita, vt ex semisse Statibus competente placitum Ord. Imp., ex altera autem Imperatoris cum Statuum parte coniuncta decretum Imperii efficiatur. Diuisa itaque in Germania summa maiestate, illa exerceri aliter nequit, quam vt omnes, qui ad eam concurrendi iure gaudent, interdum conueniant expediendaque expediant. Necessario ergo instituendi sunt conuentus, ad quos singuli Status Imp. sunt conuocandi; inde originem ducunt *Comitia* nostra vniuersalia, quae sunt conuentus publici Imperatoris atque Statuum Imp. ideo instituti, vt in iisdem super negotiis Imperii deliberationes instituant, siue vt iura in iisdem maiestatica exerceant. Imperator, cui praeter semissem summi imperii directorium exercitii summi imperii, teste experientia quotidiana, priuatiue competit, prout optime adnotauit *Cel.* NETTELBLADT *in system. Elem. Jurispr. vniu. posit. §. 1264. et 1268. p. 604. et 606.* vi huius directorii propositionem, puncta deliberanda continentem, exhibet; Status contra, qui tria a se inuicem constituunt collegia seu senatus,

Electo-

Electorum nempe, *Principum*, ſub quibus quoque Praelati, Comites atque Dynaſtae comprehenduntur, et *Ciuitatum* (8), pro hac collegiorum diuerſi-

(8) Quo tempore primum ſeparatio haec collegiorum atque conſultationum facta ſit, admodum incertum et dubium eſt. Quidam eamdem iam in comitiis, anno 1344. Francof. habitis, in vſu fuiſſe contendunt, atque prouocant ad locum *Alberti Argentinenſis* in Chron. ad h. annum; Enim vero licet ex hoc loco manifeſte adpareat, Ciuitates iam tum temporis habuiſſe votum deciſiuum, KOEHLER *in der Teutſchen Reichshiſtorie p.* 295. ſeparataſque inſtituiſſe deliberationes: minime tamen haec ad Electores extendi poſſunt, qui quippe in hoc textu aperte cum Principibus couiunguntur, Ciuitatibuſque contradiſtinguuntur. Nonnulli, inter quos praecipue BOECLERVS *in Notit. Imp. L. XXI. C. I. et* PFEFFINGER *ad Vitr. L. III. C. VIII. §. 9. litt. a.* pertinet, argumenta ſeparatae conſultationis trium collegiorum ex A. B. deſumere poſſe exiſtimant: at textus ibidem obuenientes ſpectant potius conuentus particulares, vt iam recte monuit KVLPIS. *l. c.* §. 12., atque negotia ſolos concernentia Electores. Originem potius ſeparationis Electorum a Principibus ab anno demum 1489. repetendam eſſe cum LEHMANNO *in Chron. Spirenſ. L. VII. c.* 120. *p.* 927. LIMNAEO *T. I. Add. L. IX. C. I. n.* 132. *Autore der Grundveſte P. II. c.* 3. aliiſque arbitror. add. DATT *L. I. C.* 29. *n.* 20. *p.* 109. *et* FVGGER *L. V. C.* 37. *n.* 10. *p.* 1014. quam ſententiam et ipſi Principes Euangel. ſuperioribus comitiis in ſcri-

uersitate et Statuum separatione, suas instituunt consultationes circa negotium a Moguntino, ceu directore Comitiorum, ad deliberandum propositum. Finita in quolibet collegio consultatione, collectisque a Directore cuiuslibet Senatus omnibus suffragiis, formatur conclusum collegii secundum maiora, sicque quum dentur tria separata Statuum Collegia, proueniant inde quoque tria conclusa necesse est. Haec deinde conclusa, cum Status vniuersi coniunctim sumti semisse tantum summae potestatis polleant, inter se communicare debent, vt inde adpareat, an et quatenus vnum ab altero conclusum discrepet, sique obuenit discrepantia, operam nauare, vt ea tollatur, quo tandem ex his tribus conclusis collegialibus formari possit vnum conclusum commune vel trium vel saltim duorum senatuum, seu quod idem est, placitum ord. Imp. Hanc conclusorum communicationem vocant *re-et correlationem*, quam duo collegia superiora initio sola, Ciuitatibus exclusis, inter se instituunt, atque tum demum, concluso communi mutuo consensu per collationem facto, nouam atque secundam cum Ciuitatibus ineunt re-et correlationem, quae autem potius in publicatione atque manifestatione conclusi communis consistere solet, dum Electores atque Principes de sententia inter semet semel

2) de formando concluso communi duorum vel trium collegiorum interueniente re-et correlatione.

pto, collegio Electorali d. 2. Nou. 1654. exhibito, apud LIMNAEVM *T. I. addit. L. IX. C. I. n.* 293. adprobarunt.

ſemel conuenta rariſſime recedere ſoleant. Collegium Ciuitatum poteſt poſtea, prout ipſi videtur, vel amplecti eorum ſententiam vel voto ſuo diſſentire. Per dictam re- et correlationem itaque ſemper obtinetur, vt Concluſum commune vel trium vel ſaltim duorum ſenatuum, ſicque ſemper placitum ord. Imp. proueniat.

§. VIII.

Vidimus hactenus, quomodo conficiantur ſingula concluſa collegialia, et qui deinde fieri poſſit, vt per mutuam concluſorum collationem concluſum commune trium vel duorum collegiorum oriatur. Iam oſtendendum erit, qua denique ratione ex his concluſis collegialibus Decretum Imperii confici queat. (9). Vt hoc eo melius diſtinctiusque

3) doctrina de ipſo decreto Imperii conficiendo explicatur.

(9) Probe a ſe inuicem diſtinguenda ſunt *decretum Imperii* atque *placitum Ord. Imp.* Hoc nonniſi conſenſum Statuum, vel ex vnanimibus, vel ex maioribus formatum, innuit, et demum accedente Imperatoris conſenſu robur accipit; Illud autem de conſenſu ab vtraque parte teſtatur, ita, vt eodem perfecto negotium Imperii plane deciſum ſit. Decretum Imperii ergo nil aliud eſt, quam ipſum placitum Ord. Imp. ab Imperatore confirmatum atque ratificatum. Licet autem maxima obtineat differentia inter placitum et decretum Imp., ſaltim quoad effectum: haec tamen non ſemper adtenditur ſatis tam ab ipſo Imperatore, quam ex parte Statuum, cum in actis publicis ſaepiſſime nudum

que fieri poſſit, a re parum abeſſe cenſeo, ſi ante omnia ſeparantur caſus, qui in mutua re - et correlatione occurrere poſſunt. Nimirum Concluſa collegialia vel erunt *vniformia* ſeu *vnanimia* vel *difformia*, prout nempe ſaltim quoad materialia eiusdem ſunt tenoris vel diuerſi. Tertium non datur. Si enim v. gr. duo pluresue ſuper vna eademque re ſententiam ſuam dicere debent, in illa ferenda vel conſentiant vel diſſentiant neceſſe eſt. In poſteriori autem caſu, ſi ſcilicet concluſa ſunt difformia, iterum fieri poteſt, vt vel *omnia tria ſibi inuicem contrarientur, vel duo quidem vnam eamdemque contineant ſententiam, tertium vero ſolum voto ſuo diſſentit.* Plures caſus in re - et correlatione occurrere plane nequeunt. A priori haec demonſtrare inutile foret, cum impoſſibilitatem a poſteriori quilibet perſpicere et animaduertere poſſit. Ponamus illuſtrationis gratia hunc caſum: Tres fratres inter ſe conuenire debent, quinam ex hereditate paterna fundum Tuſculanum, qui vi teſtamenti paterni inter ipſos diuidi nequit, pro ſua portione accipere debet, tunc accidere vtique poteſt, vt aut omnes tres in idem

placitum Ord. Imp. dicatur decretum ſiue concluſum Imperii, *ein Reichsſchluß*. conf. SCHMAVSS. *l. c. p.* 1171. *et* 72. vbi Imperator ipſe nudum placitum ord. Imp. ſimpliciter *einen Reichsſchluß* vocat. Hinc cauendum, ſi vox *Reichsſchluß* in actis publ. occurrit, ne illa ſtatim in ſignificatu proprio accipiatur, conf. KVLPIS *de placitis ord. Imp. vulgo Reichsguthachten.*

idem consentiant, aut omnes dissentiant, aut duo tantum in vnam abeant sententiam, tertius vero aliter sentiat. Quartum casum minime tibi concipere poteris. Eodem prorsus modo res se habet respectu trium conclusorum collegialium. Adsunt scilicet in re- et correlatione tres personae morales, quarum quaelibes super vna eademque re sententiam suam edere debet; hinc si in quolibet collegio conclusum per maiora antea fuit formatum, aliter fi i nequit, vt quando ad re- et correlationem perueniendum, in illa vnus ex praedictis casibus occurrat. Quemlibet horum casuum iam specialius perpendere atque ostendere licebit, quid in quolibet casu obueniente iuris sit, siue quando pro hac casuum diuersitate *decretum Imperii, ein Reichsschluß*, oriri queat. Operae hinc pretium esse duco, quemuis horum casuum includere certa quadam atque determinata propositione, simulque cuilibet earum probationem annectere sufficientem. Quoniam autem leges Imperii ad easdem rite demonstrandas haut sufficiunt; in his nempe id tantum definitum est, quod ad negotiorum salutem totius Imperii concernentium, decisionem concurrere debeant Imperator et Status Imperii; quem vero effectum habeat Imperatoris consensus in casu, quo conclusa collegialia sunt difformia, et quid in genere in quolibet casu obueniente iuris sit, eaedem non satis determinant, prout videre licet *ex §. gaudeant I.P.*: quatenus deficiunt, ad principia iuris publici vniuersalis recurrendum nobis erit.

quae ad propositiones quasdam determinatas redigitur.

§. VIIII.

§. VIIII.

Principia demonstrandi praemittuntur. 1) consensus Imperatoris et Statuum ad decretum Imperii formandum necessario requiritur.

Fundamendi loco ſtatim ponendum eſſe arbitror, *quod ad decretum Imperii conficiendum et conſenſus Imperatoris ab vna, et conſenſus Statuum ab altera parte neceſſario requiratur.* Quilibet propoſitionem hanc fundamentalem ſine negotio concedere poteſt, quin imo et debet. Supra enim §. I. iam ſatis ſtabiliuimus, ſummum in Imp. R. G. imperium inter Imperatorem et Status Imp. eſſe diuiſum. Si hoc autem verum eſt, ſicuti eſt, neceſſario quoque principium modo adlatum verum eſſe debet. Nam ſi negotia ſunt dirimenda, quae non niſi vi ſummi imperii dirimi poſſunt, qui de illo participant, omnino concurrere et conſentire debent. Exemplo rem illuſtrare expediet. Marechallus Imperii eſt denominandus; omnes Status inter ſe conueniunt, Titium adhoc munus obeundum eſſe aptiſſimum. Iam quaero, an Titius ideo ſtatim pro Marechallo Imperii ſit habendus? Neminem eſſe credo, qui hanc quaeſtionem adfirmandam eſſe autumat. Omnes potius vltro fatebuntur, Imperatoris conſenſum accedere debere. Quid inde autem aliter ſequitur, quam vt conſenſus et Statuum et Imperatoris ad dirimenda atque decidenda negotia Imperii ſit quam maxime neceſſarius. Qualitatem huius conſenſus in ſpecie quod adtinet, *eumdem vtrinque aequalem,* ſiue diſtinctius, *conſenſum Statuum Imperii aequipollere conſenſui Imperatoris* haut ſine ratione ſtatuo; *ſicque ſi inter Imperato-*

qui vtrinque aequalis eſt.

ratorem et Status vna conueniri nequit, nil actum in tali casu adserendum esse puto. Dd. quidem in diuersas heic abeunt sententias. Quidam, quorsum spectat *Hippolithus a Lapide de ratione Stat. in Imp. Germ. P. I. C. 4. S. 4. n. 5.* consensum Statuum fortiorem; sicque eorum placitum pro decreto Imp. habendum esse arbitrantur, sed sine ratione, vt docuit BOECLERVS *in animaduers. p. 28.*, cum et haec opinio a praxi ad hodiernum vsque diem aliena. Alii, inter quos *Autor der nothwendigen errinnerung contra informationem Donavertensem*, Imperatorem ex plenitudine potestatis caesareae, *aus Kaiserl. machtsvollkommenheit*, decernere posse credunt, quorum tamen sententia infirmis admodum nititur argumentis. Mediam potius ingredi viam, quippe rei conuenientiorem, mihi placuit. Cum enim leges Imp. circa valorem consensus Imperatoris tam quam Statuum nihil expresse determinauerint, cuius forsan consensus fortior esse debeat, sed in iis tantum sancitum sit, vt in negotiis Imp. nihil fiat nisi de comitiali liberoque omnium Imp. Statuum suffragio et consensu, *I. P. Art. VIII. §. 2.*: exinde quidem certo colligere licet, consensum Imperatoris non maiorem habere posse valorem; at minime adparet aut mens legis esse videtur, consensum Statuum superare posse consensum Imperatoris; quare quum in dubio iura semper praesumantur aequalia, nihil aliud remanet, quam quod et hic consensum Imperatoris et Statuum sibi inuicem aequipollere praedicemus.

Abſonum quoque et plane abſurdum eſſet aliter ſtatuere, quoniam diuiſio ſummi imperii, ſupra §.I.ſatis ſtabilita, alias non amplius locum inueniret. Si enim alterutrique praepotentia competeret, in effectu idem eſſet, ac ſi omni polleret poteſtate, dum diſſenſu ſuo ſemper alterius votum ſiue conſenſum elidere poſſet, quod leges Imp. minime adprobare videntur. Poſito itaque vtrinque conſenſu aequali et quod nulla alteri pars cedat, nihil tunc actum eſſe quilibet perſpiciet. Sic in caſu ſupra adlato, nec Titius erit Mareſchallus, ſi Imperator diſſentit, nec is, quem Imperator deſiderat, ſi Status diſſentiunt. Quid itaque hic iuris? Diſtinguendum eſſe in tali caſu exiſtimo, vtrum negotium ſit tale, vt ſine nouo concluſo exitum habere queat, an vero minus. In priori caſu calculus Mineruae, vt Philoſophi dicunt, locum habet, ſeu res manet in ſtatu quo, quod v.gr. contingere poteſt in caſu, ſi Imperator nouum Statum Imperii creare vult, et Status ad aſſentiendum nullo modo poſſunt trahi. In poſteriori autem caſu vlteriori locus eſt tractationi, atque alius negotium dirimendi modus, v.gr. ſors determinari debet, id quod fieri neceſſe eſſet in caſu antec., ſi bellum Imperii gerendum.

§. X.

2) *Quando dici poſſit, conſenſum* Scimus iam, quid opus eſt, vt negotia, totum Imperium concernentia, dirimi atque ad finem perduci queant; nunc de eo potiſſimum ſolliciti ſimus

ſimus neceſſe eſt, vt oſtendamus, *quando dici poſſit, conſenſum ex parte Statuum adeſſe.* Quomodo conſenſus iſte Statuum obtineatur, ex §. I. conſtat. Scilicet ipſa corporis Statuum natura atque indoles nos abunde docet, Status qua ſingulos non habere vota virilia, ita, vt placitum ordinum Imp., quod conſenſum ex parte Statuum inuoluit atque continet, per pluralitatem votorum virilium conficiatur, ſed potius, poſtquam iuxta iam ſatis cognitam Statuum partitionem in collegiis eorum confecta ſunt tria concluſa collegialia, per mutuam re- et correlationem horum concluſorum conſenſum Statuum obtinendum eſſe; ſicque *in illo obtinendo totam rem redire ad tria concluſa collegialia, quae reuera reſpectu totius corporis Statuum aequipollent tribus votis curiatis.* Nimirum quodlibet trium collegiorum intuitu membrorum, ex quibus compoſitum, eſt ſocietas; hinc ſi in illo per maiora eruitur voluntas collegii ſeu ſocietatis, haec recte dicitur concluſum collegii; concluſum enim in genere vocatur voluntas ſocietatis cuiuſdam de negotio, quod in deliberationem venit declarata. At quoduis Collegiorum Imperii reſpectu totius corporis Statuum conſiderandum quoque eſt tamquam perſona moralis; hinc totum corpus Statuum conſtat ex tribus perſonis moralibus, quae inter ſe conuenire debent, quid in negotiis Imperii fieri debet. Quoniam itaque quodlibet collegium Imp. eſt ſocius reſpectu totius corporis; vnius autem ſocii voluntas de negotio, quod in conſultationem venit,

ex parte Statuum adeſſe, oſtenditur.

declarata dicitur votum siue suffragium, manifestum inde est, quoduis conclusum collegii recte dici posse votum seu suffragium intuitu totius corporis Statuum. Ne autem fingere quidpiam videar, quod legibus Imperii est contrarium aut saltim eaedem ignorant; hactenus dicta cum ipsis Imp. legibus atque actis publicis optime concordare, ostendere necesse erit. *In I P. Art. VIII.* §. 4. tam collegio Ciuitatum quam reliquis Statibus Imp. tribuitur votum decisiuum. Haec locutio quidem, quatenus de vniuersis Statibus in oppositione ad Imperatorem praedicatur, inuoluit communicationem summi imperii cum Statibus; quatenus autem in hoc textu cuilibet collegio iu singulari tribuitur votum decisiuum, omnino respectum habet ad conclusa collegialia, ita vt quodlibet eorum in re et correlatione idem sit ac votum quoddam curiatum decisiuum. Ipsi quoque Principes Euangel. in conuentu Osnab anno 1646. hocce vsi sunt termino, cum in fauorem Ciuitatum hoc exhibuerunt grauamen, apud LONDORP. *T. V. L. II. C.* 115. *n.* 5.: *daß der ehrbarn frei- und Reichsstædte votum* NB. *curiatum etwan in disputat gezogen werden wollen, ist bekandt; demnach aber dieselbe auf comitia und andern dergleichen tæge nicht als consiliarii oder diener, sondern als würkliche stænde des Reichs zu dem end beschrieben werden, daß sie wie die andere beide Reichscollegia ihr votum* NB. *curiatum führen sollen; also ist billich und recht, gereichet auch zu guter conformitæt, daß gleich wie die andern beiden collegia,*

also

also auch sie bei dem voto NB. *curiato unbeeintrechtigt cum effectu gelassen werden mœgen.* Tria ergo conclusa collegialia aequipollere tribus votis curiatis, tam certum est quam quod certissimum. Quid inde autem sequitur, id profecto, vt in re- et correlatione non plures sint quam tres votantes, quodque consensus Statuum aestimandus sit ex consensu atque voluntate horum trium votantium. Iam quaeritur, quid *circa haec tria vota curiata in re- et correlatione obuenientia iuris?* scilicet *vtrum vota haec vnanima esse debeant, an vero duo vota vniformia efficere possint placitum ordinum Imperii*, seu vt alii dicere solent, *an inter ipsa collegia pluralitas votorum valeat, ita vt duorum collegiorum suffragia, tertio dissentiente, pro placito Ordinum Imperii haberi queant?* Valde quidem disputatur super hac re. Saltim respectu Ciuitatum, an hae, dissentientibus forsan collegiis superioribus, ad alteriusque accedentes sententiam, maiora facere possint, nonnulli negatiue respondendum esse putant, verum sine rrtione. Cum enim Ciuitatibus aeque ac ceteris Statibus competat votum decisiuum, nullo habito respectu ad collegia hancce decidere debemus quaestionem, ita vt vota maiora inter collegia valere aut non, generatim adserendum sit. Comitia superiora quidem docent, rem hanc admodum controuersam et incertam esse, quippe in quibus desideratum fuit, vt in collegiis Imp. more solito ad deliberandum proponeretur haec quaestio, verum id factum esse nuspiam legitur. Enim vero si di-

expenditur, an inter ipsa collegia pluralitas votorum valeat.

si dicere licet, quod veritati consentaneum mihi videtur, quodque cum principiis maxime concordat, *vota maiora regulariter inter ipsa collegia locum habere existimo.* Hoc quidem non ita accipiendum, ac si v. gr. duo collegia superiora in idem consentiunt, totum negotium statim sit definitum, atque votum seu conclusum Collegii Ciuitatum non amplius adtendatur, prout ceteroquin in aliis collegiis fit, vbi vota pauciora per maiora statim euanescunt; praxis enim comitialis manifeste contrarium ostendit; sed id indigitare tantum volo, quod consensus Statuum ex maioribus seu quod heic idem est, ex duobus conclusis aut votis aestimari possit. Prout enim in qualibet societate sententia illa pro voluntate et consensu totius societatis habenda, quae maioribus placet, ceu v. gr. in singulis collegiis Imperii obtinet: ita et in corpore Statuum, tamquam societate ex tribus personis, moralibus scilicet, constante, maiora vota efficere debent voluntatem et consensum totius Corporis. Argumentatio haec a genere ad speciem tamdiu subsistit, donec rem in specie aliter sese habere docere possit. Qui itaque pluralitati votorum inter ipsa collegia Imp. locum non esse contendit, aut leges Imperii adlegare debet, quibus contrarium definitum, aut conuentionem quamdam inter ipsos Status factam esse demonstrare, qua stabilitum, quod vota vnanimia requirantur ad consensum Statuum, aut denique obseruantiam, qua istiusmodi irregularitas introducta, in medium proferre. At satis persua-

quod adfirmatur.

persuasus sum, neminem hoc praestare posse, cum potius ipsi quoque Status nostram hac de re sententiam defendant, atque ipsa praxis comitialis eamdem amplius confirmet atque corroboret. Sic in responso a Collegiis superioribus Ciuitatibus occasione praetensae simultaneae re - et correlationis dato apud *Autorem der grundveste P. II. C. VIII.* haec leguntur: *allein gleichwie solche schrift von denen niedern stænden, zumalen was dieses praesuppositum, daß nemlich die Maiora unter dener 3. Reichs collegien nicht gelten sollten, betrift, vor unrichtig gehalten worden etc.* Quis nescit, conclusum commune duorum tantum collegiorum iam efficere placitum ord. Imp. atque ad Imperatorem referri. Quamuis enim hoc casu sententiae collegii dissentientis separatim in relatione ad Imperatorem fiat mentio: ideo tamen iura maioris partis non tolluntur, sed eadem certis tantum circumscribuntur limitibus, nimirum hoc ideo fit, vt interueniente autoritate Caesarea denuo tentetur concordia, conf. declaratio super. colleg. super praetensa Ciuitatum admissione ad simultaneam re- et correlat. supra p. 23. inserta. Praxis denique haec omnino extra omnem dubitationem ponit. Sic Ciuitates anno 1654. maiora fecerunt accedendo Collegio Electorali. Huc spectant, quae habet *Autor der Grundveste P. II. C. VIII.*: *und ist vom directorio die anzeig dahin geschehen, was den andern punct anbetrifft, weilen die stædt mit der churfürsten meinung übereinkommen, so geben es die Maiora inter ipsa collegia, und wære*

darnach

darnach nunmehr das Reichsguthachten abzufassen add. *Europaeicher Herold* p. 831. *ibi: daß der staedte conclusum dahin gültig eraachtet worden, die maiora inter ipsa collegia zu machen*, et paulo post, *und ist es allerdings ausser zweifel, daß sie neben dem collegio, welchem sie beifallen, die maiora zweier tertien machen kœnnen.* Infra alia exempla huc spectantia proferemus. Ex his omnibus prono fluit alueo propositio haec fundamentalis, *quod consensus Statuum non ex vnanimibus solum, verum ex maioribus quoque aestimari queat*; sicque duo vota, quae in re et correlatione vnius sunt tenoris, sufficiant ad conficiendum placitum Ord. Imp. (10).

Sicque consensus Statuum ex maioribus quoque colligitur.

§. XI.

(10) *Cel.* SCHMAVSSIVS aliter sentit in *comp. iur. publ. L. II. C. I. §. XI.*, dum ad placitum Ord. Imp. consensum Statuum vnanimem requirit, et in casu posteriori conclusum commune duorum Collegiorum vna cum concluso collegii dissentientis loco placiti Ord. Imp. *anstatt eines Reichsguthachtens*, ad Imperatorem referri existimat. Enim vero haec sententia, quamuis in effectu a nostra non differt, stilo tamen comitiali prorsus contrariatur, conf. modo adleg. verba ex *Aut. der grundveste P. II. C. VIII.* et *declaratione colleg. sup. de anno* 1653. *vid. supra p.* 23. *et* 25. Sic quoque anno 1689. placitum Ord. Imp. confectum ex concluso communi duorum collegiorum apud LONDORP *T. XIV. C. XV. n.* 13. *p.* 401. add. *selecta iuris publ. T. II. p.* 255. ICKSTADT *diss. I. ad Art. V. §.* 52. *I P.*

§. XI.

Praemiſſis §. VIIII. et X. principiis demonſtrandi, quid in quolibet caſu in re-et correlatione obueniente iuris ſit, ſine negotio iam oſtendi poterit. Primum caſum ſub hacce comprehendere licet propoſitione: *Si in re-et correlatione obtingit, vt tria concluſa collegialia ſint vnanimia, oritur inde concluſum commune trium collegiorum, quod ſi in ſcripturam redigitur, placitum Ord. Imp., ein Reichsguthachten, audit* (11). *Sique conſenſus Imperatoris ad*

Ipſae propoſitiones iam exhibentur.

Prima propoſitio.

(11) quod vero ſtilo comitiali hodierno non ſemper obſeruatur, ſed mox *concluſum commune trium collegiorum*, *mox Reichsgutbachten* nuncupari ſolet, cum tamen prior denominatio olim tantum vſurparetur, antequam concluſum Statuum in ſolennem placiti formam redigeretur. *Cel.* SCHWEDER *loc. cit.* §. *XV. not. f. p.* 67. hancce ſtili curialis mutationem, anno 1701. primum exortam, tamquam perpetuam recenſet, acſi nempe vocabulum *Reichsgutbachten* non amplius vſurparetur; verum contrarium docent concluſa communia trium collegiorum de anno 1708. 10. 19. 22. 25. 26. 29. 31. 32. 34. 36. etc. vid. SCHMAVSS. *corp. iur. publ. acad. p.* 1160. 70. 1307. 16. 43. 50. 52. 76. 82. 1403. 1407. 1409. 19. *et* 31. Alii, prout fecit KEYSLER *in den fortſezungen der neueſten reiſen P. II. p.* 1266. inter placitum Ord. Imp. et concluſum commune trium collegiorum hanc differentiam eſſe adſerunt, quod concluſum trium collegiorum tum demum adpelletur *ein Rceibsgutbachten*, ſi ſuper propoſitione ab Imperatore facta Status hoc vel illud decreuerint; hac

autem

ad illud accedit, oritur ſemper decretum Imp. ein Reichsſchluß. Tria nempe concluſa collegialia aequipollent tribus votis curiatis (§. X.) Quoties ergo contingit, vt haec in re- et correlatione ſint vnanimia, toties adeſt vna voluntas atque conſenſus Statuum. Cum iam voluntas ſeu conſenſus ſocietatis ſuper negotio, quod in conſultationem venit, declarata dicatur concluſum, ſemper in hoc caſu concluſum Statuum oriatur neceſſe eſt, quod ſtilo ſemel recepto concluſum commune trium collegiorum dici, ſique in ſcripturam redigitur, ſub nomine placiti Ord. Imp. venire ſolet. Quoniam iam porro ad decretum Imp. conficiendum, conſenſus ex parte Statuum tam quam ex parte Imperatoris neceſſario requiratur (§. VIIII.): in caſu noſtro autem adſit conſenſus Statuum vnanimis, et per hypotheſin Imperatoris ad illum accedat conſenſus, fieri aliter nequit, quam vt eo exſiſtente ſemper oriatur decretum Imperii.

§. *XII.*

autem deficiente circumſtantia concluſum vnanime Statuum ſemper ſub nomine generali *Concluſi trium collegiorum* venire ſoleat, Verum et hi falluntur, qui hanc tenent ſententiam. Contrarium enim iterum docent concluſa trium collegiorum de anno 1702, 1704. 1712. ſuper praecedente Decreto Commiſſ. Caeſareo confecta, vid. SCHMAVSS, *cit. loc. p.* 1143. 1145. 1174. prout et exſtant placita Ord. Imp. nullo interueniente decreto Commiſſ. formata. SCHMAVSS. *l. c. p.* 1352.

§. XII.

Secundus casus hac includi potest propositione: *Si conclusa collegialia sunt difformia, ita vt inter omnia tria obtineat dissensio: tunc nec placitum Ord. Imp. nec decretum Imp. formari potest, licet consensus Imperatoris ad vnius alteriusue collegii accedat sententiam.* Consensus Statuum vel ex vnanimibus vel ex maioribus aestimatur (§. X.). Quoties itaque accidit, vt in re et correlatione conclusa collegialia seu vota curiata plane sint difformia: toties deficit consensus Statuum. Cum iam placitum Ord. Imp. non nisi in consensu Statuum consistat (§. VIIII.): palam est, eo deficiente, quod in casu praesenti contingit, non formari posse placitum Ord. Imp. Et quoniam sine consensu Statuum prorsus non confici potest decretum Imp.: manifestum inde est, in hoc casu nec oriri posse decretum Imp., licet Imperator etiam hoc istudue conclusum collegiale ratihabere vellet (12). *Secunda propositio.*

§. XIII.

(12) *Autor medit. ad I. P. p.* 1306. generaliter existimat, quod hoc casu exsistente singulae tres sententiae Senatuum Imp. separatim ponendae Imperatori sint offerendae: verum distinctionem supra p. 34. adlatam hic adplicandam esse censeo. Scilicet si in negotio, quod sine nouo concluso exitum habere potest, occurrit dicta conclusorum collegialium diuersitas, tunc res manet in statu quo, sicque nulla relatio ad Imperatorem est necessaria, quod secus in altero casu; tunc enim relatio ad Imperatorem ideo fieri debet, vt sua auctoritate caesarea accedente concordiam

§. XIII.

Tertia propositio. Quid denique in tertio casu iuris, sic enunciari potest: *Si duo conclusa collegialia unius eiusdemque sunt tenoris, tertium autem suo dissentit voto; tunc si Imperator conclusum commune duorum collegiorum suo confirmat consensu, semper fit decretum Imp., quod secus si Imperator concluso collegii dissentientis assensum praebere vellet.* Nam si duo consentiunt collegia, tunc adsunt duo vota vnanimia, ergo maiora, ergo consensus Statuum, qui quippe ex maioribus colligitur (§. X.). Quum iam in hoc casu adsit consensus Statuum, et per hypothesin Imperatoris ad eumdem accedat consensus; omnia quoque adsunt requisita ad decretum Imp. conficiendum necessaria (§. VIIII.); ergo nil impedit, quo minus in hoc casu fieri possit decretum Imp. (13.). Quoniam autem in altero casu, si Imperato-

cordia inter Status obtineri queat. Ceterum totam hanc doctrinam quoad adplicationem et praxin omni fere destitutam esse vsu, lubenter largior, cum hic casus rarissime continget.

(13) Haec quoque cum praxi comitiali quam maxime conueniunt. Sic Imperator anno 1743. conclusum commune duorum collegiorum superiorum decreto ratificationis caesareo confirmauit, vt videre licet in FABRI *staats canzlei P.* 83. *c.* 20. *p.* 569. *seq.* in quo casu id singulare occurrit, quod confirmatio ab Imperatore facta sit ante quam ad obtinendam Statuum concordiam autoritatem suam caesaream

Imperatori conclusum collegii dissentientis placet, deficit consensus Statuum (§. X.); ergo et Imperator vnicum hocce conclusum ratihabens efficere nequit, vt ex illo oriatur decretum Imperii.

§. XIIII.

Quarta propositio. Vt haec de conficiendo decreto Imp. theoria completa sit: adhuc addere licet sequentem propositionem: *Quotiescunque deficit consensus Imperatoris: in quocunque etiam casu id contingat, toties decretum Imp. formari nequit, sed nihil tunc actum esse dicendum.* Licet enim adsit vel consensus Statuum vnanimis, vel ex maioribus formatus; hic tamen ad decretum Imp. non sufficit, sed consensus Imperatoris tamquam essentiale decreti Imp. necessario accedere debet (§.VIIII.). Hoc ergo deficiente nec decretum Imp. fieri potest, sed potius cum consensus Imperatoris et Statuum sibi inuicem aequalis sit, vnusque alteri aequi polleat (§.VIIII.): omnino in tali casu nil actum adserendum erit.

§. XV.

Quodsi iam totam doctrinam de conficiendo decreto Imp. in §.VI. seq. explicatam in summam redigere libet: tota res redit ad hanc propositionem

ream interposuerat. Finis ergo separatae relationis sententiae Ciuitatum ad Imperatorem, qui in saepius cit. declaratione colleg. super. de anno 1653. exprimitur, et hac ratione corruat necesse est.

nem fundamentalem, quod in duobus tantum casibus promanari queat decretum Imp.; nimirum 1) *si vel tria vota Statuum curiata sunt vnanimia iisque coniungitur consensus Imperatoris, vel 2) si maioribus votis adsentit Imperator.* At ex vltimo nunc casu conclusum seu votum collegii Ciuitatum decisiuum omnino effectu suo frustrari, euidentissime liquet, id quod paullo specialius adhuc ostendere licebit. Ad decretum Imp. conficiendum ex parte corporis Statuum nil nisi consensus eorum requiritur (§. VIIII.), ad quem producendum, prouti iam constat, tria concurrere debent collegia Imp. quemque vel ex vnanimibus vel maioribus colligi manifestum est (§. X.). Tota hinc concurrentia cuiuslibet collegii eo vnice redit, vt quoduis suo voto aliquid contribuere queat ad hunc consensum producendum atque obtinendum. Ex hoc, ni fallor, sequens fluit axioma: *Cuius collegii Imp. votum decisiuum ita est comparatum, vt ad efficiendum consensum Statuum nil facere possit: illud collegium nomine quidem, non autem re, gaudet voto suo decisiuo.* Iam subsumere possum: ita reuera est comparatum votum collegii ciuitatum. Contra hanc argumentationem nullum, credo, moueri potest dubium. Maior enim est axioma quoddam, ex ipsa rei natura et indole desumtum. Minoris ergo probationem vt largiar, vnice mihi incumbit, et hoc sequentem in modum fieri poterit. Cum consensus Statuum ex maioribus colligatur (§. X.); Electores autem atque Principes, teste praxi Comitiali quoti-

Ipsum Ciuitatum Grauamen iam deducitur.

quotidiana, a re- et correlatione tamdiu excludunt ſenatum Ciuitatum, vſque dum combinationem concluſorum collegialium ſeu votorum curiatorum effecerint: hac votorum ſuorum coniunctione priuatiue inſtituta ſemper id obtinent, vt ſoli conſenſum Statuum facere queant. Et quamuis poſtea cum Ciuitatibus nouam atque ſecundam ineant re- et correlationem duo collegia ſuperiora, vt videatur, acſi Ciuitatibus nihilominus ſaluum ſit maneatque votum deciſiuum: propterea tamen eadem non fruuntur effectu voti ſui. Nam Ciuitates aut conſentiunt aut diſſentiunt. Priori caſu nihil amplius contribuere valent ad producendum iſtum conſenſum ex parte Statuum, cum is iam ante aderat. Poſteriori vero caſu, ſi nimirum diſſentiunt, diſſenſione ſua nihil iterum efficere poſſunt, cum ideo conſenſus Statuum per Electores atque Principes, ſicque per maiora formatus, non tollatur. Et licet porro in hoc vltimo caſu, teſte praxi comitiali, votum Ciuitatum diſſentiens vna cum concluſo communi duorum Colleg. ſuper. ad Imperatorem referri ſoleat (14): hoc tamen nonniſi eum producit effectum, quod

(14) Hoc ius Ciuitatibus duo collegia ſuperiora in saepius adleg. declaratione ſuper praetenſa earum admiſſione ad re- et correlationem non ſolum vltro conceſſerunt; verum etiam continua praxis comitialis et obſeruantia ipſis illud confirmauit, vti acta comitialia hac de re vberius docent. Sic anno 1689. in puncto translocationis camerae imperialis ſententia

quod iura maioris partis certis includantur limitibus, dum ſcilicet Imperator autoritatem ſuam interponit atque pro viribus conſenſum vnanimem atque

tentia Ciuitatum, a concluſo communi duorum ſenatuum ſuperiorum diuerſa, placito Ord. Imp. inſerta atque ad Imperatorem fuit relata, vid. *Reichsgutbachten dd.* 2. *Apr.* 1689. *apud* LONDORP *T. XIV. C. XV. n.* 13. *p.* 401. Id factum quoque anno 1709. in cauſa *der Weſterwaldiſchen fürſten und ſtænde* contra *die MittelRhein.ritterſchaft*, et eod. anno *in der Buſeker thal ſache* contra *das fürſtliche hauß Heſſen Darmſtadt.* Hoc ius Ciuitatum quaeſitum Electores et Principes noſtra demum aetate iterum infringere coeperunt. Nimirum quum anno 1734. in comitiis materia, moderationem quarundam Ciuitatum Imp. concernens, in tribus ſenatibus proponeretur: in Senatu principum ſimpliciter per maiora in fauorem dictarum Ciuitatum concludebatur, vt Ciuitatum petito deferatur, prout videre licet in FABRI *ſtaatscanzlei P.* 66. *C.* 2. *n.* 3. 4. *et* 5. *p.* 504. *ſeq.* add. MOSERS *Reichsfama P.* 21. *C.* 1. *p.* 24. 25. Praelectis deinde in ſequenti ſeſſione concluſis, ea quidem, haut attentis monitis, a legato Brandenburg. prolatis, per maiora rurſus confirmabantur: attamen, dilatione concluſorum ad proximam ſeſſionem facta, tandem 31 Ian. 1735. per legat. Brandenb. res eo redigebatur, vt concluſo ſemel confecto aliud ſeparatum concluſum declaratorium, *Erlæuterungs-Concluſum*, vti vocant, adiungeretur, *ſtaatscanzlei d. l. n.* 8. *p.* 522. *Reichsfama d. l. C.* 1. *p.* 40. *ſeq.* cui Electores plane ſe confomarunt, ita vt die 11. Febr. 1735. per re- et correlationem ideo inſtitutam

atque omnium Statuum concordiam obtinere ſtudet; inde etiam venit, vt ante quam is obtentus, concluſum duorum collegiorum, tertio adhuc diſſentiente, audiat *ein udvollkommener ſchluß*, id quod ex ſupra p.23. adlegato paſſu declarationis colleg. ſup. patet. Minime itaque haec relatio voti diſſentientis

tam concluſum commune formaretur, *Reichsfama d. l. p. 43. ſeq.* Ciuitates contra, confecto in hac materia concluſo iam anno 1734., in re- et correlatione cum collegiis ſuperior. die 14. febr. 1735. inita ſimpliciter acceſſerunt concluſo ipſorum communi, quatenus concernit ipſam moderationem, quoad concluſum declaratorium autem plane aliter ſenſerunt *Staatsc. d. l. p. 524. Reichsfama d. l. p. 54.* id quod Electores Principeſque tam aegre tulerunt, vt Ciuitatibus die 18. Febr. declararint, quod niſi concluſo accederent declaratorio, prius concluſum quoque effectu omni carere deberet, ſicque Ciuitates pro non moderatis habendae. *Staatsc. p. 535. Reichsfama p. 65.* Ciuitates probe videntes, ſe nihil ab Electoribus atque Principibus obtinere poſſe, tandem 25. Febr. finaliter eo ſe declararunt, quod cedere nequeant, hincque tantum peterent, vt in cauſa principali, in qua omnia tria collegia eamdem fouerent ſententiam, placitum Ord. Imp. more conſueto formetur, quoad concluſum declaratorium autem earum diuerſa ſententia eidem inſeratur, demumque ipſa ad Imperatorem eiuſdem relatio fiat iuxta obſeruantiam imperialem et ipſam colleg. ſup. declarationem. *Staatscanzlei p. 536. Reichsfam. p. 66.* Sed et hoc non obtinebant,

tientis Ciuitatum ad Imperatorem eiusdem est efficaciae, vt Ciuitatibus saluum esset votum decisiuum. Nam si concordia, quam obtinere studuit Imperator, deficit, aliter fieri nequit, quam vt Imperator conclusum commune duorum collegiorum ratihabeat, modo vult, vt fiat decretum Imperii. Neque ergo per re- et correlationem secundam inter duo collegio superiora Ciuitatesque iniri solitam, neque ideo, quod separata conclusi Ciuitatum dissentientis in relatione ad Imperatorem fiat mentio, obtinere possunt Ciuitates imperiales, vt ad consensum Statuum producendum voto suo concurrere et contribuere valeant; sicque reuera soli Electores et Principes priuatiue praestant, ad quod concur-

bant, sed potius Electores die 28. Mart. Principes vero d. 20. Maii sententiam de 18. Febr. confirmabant. *Staats C. p.* 536. *et* 37. *Reichsfam. p.* 67. *et* 204. quamuis haut pauci Legatorum Principum, inprimis Austriaci, petitum Ciuitatum maxime fundatum aequitatique conuenientissimum iudicauerint. Quodsi itaque in hac separata relatione sententiae Ciuitatum ad Imperatorem omnis voti decisiui effectus ponendus esset, prouti volunt colleg. super.; is sane hac etiam ratione nullus exsisteret, cum Electores Principesque, si Ciuitates ab ipsis dissentiunt, relationem ad Imperatorem, prout ipsis videtur, quouis modo impedire valerent. Ceterum anno 1743, duo collegia superiora sententiam Ciuitatum diuersam placito Ord. Imp. rursus inseri atque ad Imperatorem referri, sine difficultatibus concessisse, quis est, qui hoc ignorat. *Staatscanzlei P.* 83. *p.* 565.

concurrendum et Ciuitates ius habent indubitatum. Haec omnia multo dilucidius adparent, si Ciuitates ante, quam Electores Principesque inter se conuenerunt, sicque statim ab initio ad re- et correlationem admitti ponamus. Posito nimirum hoc casu Ciuitates poterunt vel amplecti sententiam Electorum, vel cum Principibus in idem consentire. In vtroque casu cum maiora faciant consensumStatuum, (§. X.) orietur conclusum commune, ex quo deinde accedente Imperatoris consensu fieri potest decretum Imp., licet vel Electores vel Principes aliam foueant sententiam. Hoc demum modo Ciuitatum votum decisiuum sese exserere potest, dum idem ac reliqui Status ad consensum Statuum producendum contribuere possunt. Satis inde, opinor, adparet, solam exclusionem a simultanea re- et correlatione operari, quo minus Ciuitates voto suo decisiuo eo, quo ipsis competit, modo frui queant. Quamdiu ergo excluduntur a simultanea conclusorum collatione, tamdiu ipsis non re et effectu, sed nomine tantum, tribuitur suffragium decisiuum.

§. XVI.

Ex hactenus dictis quilibet perspicere poterit, defectum voti Ciuitatum decisiui vltimato eo redire, quod inter collegia ipsa pluralitas votorum adtendatur. Si enim haec propositio falsa esset, Electores quoque atque Principes soli non possent facere consensumStatuum; sicque Ciuitates nullum

 voti

voti ſui incurrerent periculum, tametſi excludantur a dicta re et correlatione. Obiici itaque poſſet, minoris demonſtrationem in §.XV. adlatam infirmo admodum niti fundamento, dum valde adhuc dubium ſit, an inter ipſa collegia maiora valeant. Enimuero firmis admodum atque indubitatis argumentis ſupra §. X. propoſitionem noſtram fundamentalem ſtabiliuimus, vt de eius veritate nemo amplius dubitare queat. Sed pone incertam atque dubiam iliam adhuc eſſe: praxis tamen comitialis aliud ſtatim docet; dum non vna vice ex concluſo communi duorum collegiorum, accedente Imperatoris conſenſu decretum, Imp. confectum, prout §.XIII. N. 13. demonſtrauimus; id quod tamen numquam euenire poſſet, niſi inter ipſa collegia votorum pluralitas locum inueniret. Simulac itaque certum eſt, quod in praxi quoque maiora non adtendantur, tunc ſtatim Ciuitates plenario effectu voti deciſiui vtebuntur, quamuis a ſimultanea excludantur re et correlatione. Quamdiu autem hoc non fit, tamdiu et certum erit, illas propter excluſionem a relatione mutua minime gaudere poſſe voto ſuo.

Dubium quoddam reſoluitur.

§. XVII.

Non in totum autem Ciuitates priuari effectu ſuffragii deciſiui, quam lubentiſſime largior. Pluralitas ſcilicet votorum inter ipſa collegia tantum regulariter obtinet, prout iam ſupra §. X. indicauimus; Ergo dentur ab hac regula exceptiones neceſſe

Caſus recenſentur, in quibus non obſtante excluſio-

ceſſe eſt,' i. e. dantur caſus, in quibus conſenſus vnanimis omnium Statuum requiritur. Caſus hos a iure maioris partis generaliter exceptos ſiſtit *I. P. Art. V.* §. 52. add. *bericht etlicher durch die proteſtirende auf dem Reichstag anno* 1613. *übergebenen fælen, in welchen ſie nicht geſtatten kœnnen, daſs die maiora vota den vorzug haben ſollen. vid.* quoque *Autor dergrundveſte P. II. C. V. P. III. C. VII. et VIII.* In hiſce ergo caſibus Collegii Ciuitatum conſenſus aeque ac collegiorum ſuper. eſt neceſſarius. Hinc licet haec in re- et correlatione iam inter ſe conuenerint: id circo tamen nondum perfectus eſt conſenſus ex parte Statuum, ſed Ciuitates adhuc neceſſario eorum concluſo communi accedere debent. En maximum voti deciſiui Ciuitatum effectum, quem ſemper in turbulentiſſimis quoque temporibus conſeruaurunt. Nam licet ſuperioribus temporibus Electores atque Principes nonnumquam pluralitatem votorum in materia collectandi, quae haut immerito inter caſus a iure maioris partis exceptos refertur, ſtabilire tentauerint: numquam tamen Ciuitates id agnouere, ſed potius acerrime reſtiterunt atque ſententiis Electorum atque Principum ſibi contrariis minime paruerunt. Sic cum anno 1470. in comit. Ratisb. Electores atque Principes ſine praeſcitu et conſenſu Ciuitatum auxilium decem mill. equit. ferre promiſerint: Ciuitates prorſus non conſenſerunt, ſed potius omnem denegarunt auxilii copiam. Idem anno 1480. 81. 86. 87. 89. factum eſſe nouimus, te-

nea ſimult. re- et correl. Ciuitates votum ſuum cum effectu exercere poſſunt.

ſtantibus hac de re actis comitialibus. Porro cum Electores Principeſque in materia collectarum cum Ciuitatibus communicarunt ſententiam: eaedem nunquam ſimpliciter ſe obligari paſſae ſunt, ſed non niſi amicis interuenientibus tractatibus conſenſus Statuum vnanimis obtentus fuit, id quod comprobant acta comitialia de anno 1427. 31. 42. 66. 67. 79. 80. 81. 89. 95. Sic quoque cum duo collegia ſuperiora anno 1641. pro ſuſtinenda militia nomine collectarum 150. menſes Romanos conferendos Imperatori promiſerint: Ciuitates tamen ob perpeſſas calamitates bellicas impoſſibibilitatem et infirmitatem prolixius declararunt et induci non potuerunt, vt vltra 60. menſes perſoluerent, vid. acta publ. apud LONDORP. *T. IIII. L.* 4. *p.* 1046. 73. 85. 88. 92. *et T. V. L. I. n.* 80. 82. 91. 174. Nam cum materia collectarum ſit iſtiuſmodi negotium Imp., quod vniuerſos Status non qua vniuerſos, ſed qua ſingulos concernit, conſequenter iam ſecundum principia iur. nat. de ſocietate in hac re maiora concludere non poſſunt, *Cel.* NETTELBLADT *Syſt. Juriſpr. nat. T. II.* §. 542. *p.* 242.: iure ſemper pluralitati votorum quoad hoc negotium ſeſe expoſuerunt, id quod et Electores Principeſque non vna vice agnouerunt: Sic in comitiis Norib. anno 1487. Moguntinus Ciuitatibus reſpondit: *daß ſie die churfürſten, fürſten und andere ſtænde die ſtædte nicht anzuſchlagen haben noch wollen.* Et in comitiis Francof. anno 1489. expreſſe Ciuitatibus conceſſerunt, *daß ſich ein jeder ſelbſt anſchlagen*

ſollte,

sollte, was seine freunde erleiden mœchten. conf. *bedenken herrn doctor* LVDWIG GREMPS *zu Straßburg* etc. in LVNICH *Europæischen staats consiliis P. I. n.* 143. quod nonnisi acta publica in se continet, ex quibus non tantum adparet, Ciuitates olim iam in comitiis tulisse votum decisiuum, verum etiam in caussis, vbi maiora non valent, nonnisi consensu Ciuitatum negotia esse ad finem perducta. Cum postea *vi I. P. Art. V.* §. 52. superioribus comitiis quaestio proposita fuerit, an in materia collectandi pluralitas votorum adtendi debeat? Ciuitates se declararunt, quod quamdiu matricula Imp. non rectificetur, pluralitatem votorum in materia collectarum numquam agnoscerent, prout videre licet apud LONDORP. *P. VI.* C. 266. Sic ad hodiernum vsque diem in causis a iure maioris partis exceptis plenario fruuntur effectu voti decisiui, licet a simultanea excludantur re- et correlatione.

§. XVIII.

Praeter has causas exceptas votum Ciuitatum decisiuum sese exserit quoque in casu, *si Electores atque Principes in re- et correlatione nullo inter se modo conuenire possunt.* Tunc enim Ciuitatibus communicantur Electorum atque Principum conclusa collegialia diuersa et disconuenientia „ (15) atque **Continuatio §. ant.**

(15) Quidam casum conclusi consentanei hic tantum exprimunt, at minus recte haec fieri, iam adnotauit SCWE-

atque ſic idem hic iuris obtinet, ac ſi Ciuitates ſtatim ab initio admiſſae fuerint ad ſimultaneam re- et correlationem, i. e. eaedem voto ſuo acceden- do uni alteriue concluſo maiora facere poſſunt. Non dubium eſſe poteſt, quin votum deciſiuum Ciuitatum eiuſdem ſit valoris, vt ſuperioribus col- legiis forſan diſſentientibus maiora conſtituere queat. Id enim ipſa natura voti deciſiui iam in- uoluit, et nulla quoque eſt ratio*, cur votum Ci- uitatum deciſiuum deterioris ſit conditionis votis Electorum atque Principum, quae tamen maiora facere poſſe quilibet facile concedit. Obſeruantia antiqua et perpetua praxis comitialis id quoque ſa- tis teſtnatur. Sic acceſſerunt anno 1489. in comit. Francof. et anno 1498. in comit. Wormat. Principi- bus, quod Bertoldus, tum temporis Elector Mo- guntinus, aegre admodum tulit, cum alias ſen- tentiam Electorum ſemper amplexas fuiſſe contra Principes adfirmat. E contra anno 1497. in com. Friburg. et anno 1498. ipſis placuit ſententia Ele- ctorum. conf. modo adleg. *bedenken.* Sic quoque ſuperioribus comitiis Ratisb. anno 1654. Electo- ribus atque Principibus diſſentientibus, accedendo Collegio Electorali maiora fecerunt, prout iam ſu- pra §. X. p. 39. indicauimus. Idem factum eſſe noui- mus in materia moderationis cameralis et *in der mün-*

* SCHWEDER *de voto deciſiuo* §. *XV. not. c. p.* 64. conf. *Autor der grundveſte P. II. C. VIII.* et KYL- PIS *l. c,* §. 19, *p.* 27.

Münſteriſchen erbmænner ſache, vid. *Reichsguthachten* dd. 8. Nou. 1726. et dd. 31. Aug. 1728. Licet autem ſic nonnunquam votum ſuum exercere poſſint Ciuitates: iſtiuſmodi tamen caſus ob ſaepius iteratas re-et correlationes Elect. atque Principum rarius eveniunt, cum duo collegia ſuperiora plerumque inter ſe conueniant, atque ſemper fere conſenſum Statuum et maiora, excluſis Ciuitatibus, conſtituant.

§. XIX.

Haut deſunt, qui effectum voti deciſiui Ciuitatum inde quoque colligi poſſe credunt, quod Electores atque Principes concluſum commune cum Ciuitatibus communicent cum iiſdemque nouam atque ſecundam ineant re-et correlationem. SCHWEDER *l.c. §. XV. not. e. p.* 66. Nam non nudam intercedere dicunt communicationem et exhibitionem concluſi Ciuitatum, prout alias in votis conſultatiuis contingit, ſed tractatus inſtitui, ita vt mox Ciuitates pro rerum circumſtantiis ſe conforment ſuperioribus collegiis, haecque viciſſim in multis cedant Ciuitatibus. Huc ſpectant, quae habet *Autor des Europæiſ. Herolds p* 831. *In maßen ſie* (*die ſtædte*) *dann auch bei bisherigen Reichsverſammlungen je zuweilen ſolche vernünftige und tapfere guththaten an dieværdere Collegia gebracht, daß dieſe kein bedenken gehabt, ſich mit ihnen zu conformiren.* Enimuero minime exinde adparere effectum voti deciſiui Ciuitatum arbitror. Conſenſus enim Statuum ſemel

Falſus voti deciſiui effectus adducitur.

obtentus eſt per votum commune duorum collegiorum ſuperiorum. Licet itaque Electores atque Principes concluſum ſuum commune nonnumquam accommodent voto Ciuitatum, vt conſenſus Statuum vnanimis enaſci poſſit; hoc tamen cum liberrimo eorum ſit arbitrio atque voluntate, ita vt ipſi nullo modo obligari queant, in minimis tantum cedere Ciuitatibus. Quomodo ergo in hac re- et correlatione votum Ciuitatum ſeſe exſerere poſſe, ego certe non video. conf. dicta ad §.XV. Ponamus, Ciuitatibus tantum competere votum conſultatiuum, et hoc collegijs ſuperioribus ita placere, vt ſententiam ſuam mutent, atque plane ſe conforment voto Ciuitatum conſultatiuo. Quis ideo dicere vellet, votum Ciuitatum eſſe deciſiuum. Eodem plane modo res ſe habet in illa re- et correlatione collegiorum ſuperiorum cum Ciuitatibus. Hae quidem habent ſine vlla controuerſia votum deciſiuum; at quoniam Electores atque Principes conſenſum Statuum in prima re- et correlatione iam effecerunt, earum ius ſuffragii neceſſario, ceu ſupra iam adduximus, effectu carere debet, ſicque eatenus, reſpectu nimirum huius concluſi comunis, quod conſenſum Statuum inuoluit, a voto parum diſtat conſultatiuo, dum ſcilicet Electoribus et Principibus, ſi ipſis viſum fuit, a ſententia iam ante conuenta iterum recedere atque Ciuitatum amplecti concluſum liberum eſt. Res adhuc clarior euadat, ſi modo ponamus caſum, quod duo Collegia ſuperiora ne minimum quidem in concluſo communi

infa

infauorem Ciuitatum immutare velint; prout factum esse nouimus anno 1735. et 1743. conf. *Staatsc. P.66. C.11. et P. 83. C. 20.* Quomodo iam sese exserere debet votum Ciuitatum, ego haut perspicio? Minime itaque Ciuitates saluum tenent votum suum per dictam re-et correlationem secundam, licet et Electores atque Principes plane se earum sententiae conformauerint.

§. XX.

Ipsum fundamentum petendi deducitur.

Ex hactenus dictis sua sponte consequitur, Ciuitates propter exclusionem a simultanea re-et correlatione non quidem in totum, quoad maximam tamen partem, destitui effectu suffragii decisiui. Exinde autem aliter quid sequitur, quam ut Ciuitates admissionem ad illam optimo maximo praetendant iure. Votum namque Ciuitatum decisiuum, quod eaedem olim iam plenario effectu, prout supra §. IIII. ostendimus et statim vlterius deducemus, exercuerunt; quod, in dubium quidem postea vocatum, leges tamen Imperii fundamentales expressis verbis ipsis rursus concesserunt (§. eod.); quodque Electores Principesque a tempore pacis Westph. ad hodiernum vsque diem ipsis denegare numquam annisi sunt (§. V.); extra omnem dubitationis aleam est positum, ita vt non ius ipsum solum, verum etiam eiusdem exercitium ipsis competat, prout Principes A. C. in conuentu Osnab. ipsi agnouerunt apud LONDORP *T.V. L.II. C. 115. n. 5: also ist billich und recht, gereichet auch zu guter con-*

 formi-

formitæt, daſs gleich wie die andere beiden Collegia, alſo auch ſie (die ſtædte) bei dem voto curiato unbeeintræchtigt NB. *cum effectu gelaſſen werden mægen.* Quum iam quilibet ad id, ſine quo ius ſuum cum effectu exercere nequit, habeat ius quaeſitum et optimum; alii omnes contra obligati ſint intermittere, quae ipſum in exercitio iuris ſui turbare poſſunt: et Ciuitatibus imperialibus competat vi voti deciſiui neceſſe eſt ius, vi cuius ad ſimultaneam re-et correlationem, ſine qua ſcilicet votum ſuum cum effectu exercere nequeunt, admittendae ſunt. Iuri in vno reſpondet obligatio in altero; ergo et duo collegia ſuperiora eaſdem ſtatim ab initio admittere tenentur. Ipſa quoque I. P. verba haut obſcure haec comprobant. Nam verba *Art. VIII.* §. 4. *non minus ac reliquis Statibus* nihil aliter innuere volunt, quam quod Collegium Ciuitatum (quippe quod ſub explicatione Statuum indubitate continetur, *I. P. Art. V.* §. 29. adeoque libero communique iure ſuffragii in omnibus Imp. negotiis pari ratione et effectu gaudere debet) votum deciſiuum eadem forma et modo, ſicuti reliqui Conſtatus, ſine contradictione exercendi iure polleat.

§. XXI.

Argumenta contraria recen-

Satis, opinor, hucuſque oſtenſum fuit ius Ciuitatum optimum in famoſa atque acciter agitata controuerſia ſuper praetenſa admiſſione ad ſimultaneam

taneam re-et correlationem. Iam paucis adhuc argumenta contraria adcuratius inuestigare atque perpendere operae pretium esse duco (§. VI.). Infirmitate enim eorum ostensa eo certiores adhuc euadamus de fundata Ciuitatum intentione. Eadem legi poterunt *in der resolution der beeden hœhern Collegiorum betreffend der erb-frei-und Reichsstædte praetendirende admission ad simultaneam re-et correlationem apud* LONDORP *P. VII.* C. 306. 1) Duo collegia superiora adserere nulla dubitant, quod non obstante exclusione a re-et correlatione effectus voti decisiui Ciuitatum sese exserat, quoniam earum sententia, si forsan a concluso communi distat, placito Ordinum Imp. inseratur atque ad Imperatorem referatur. Enim vero an ideo Ciuitates votum suum cum effectu exercere queant, qui libet ipse iudicat. Saltim supra §. XV. dicta effectum de hac relatione sententiae dissentientis collegii Ciuitatum ad Imperatorem prorsus alium nos docent. Minime ergo haec relatio tantum valet, vt ideo votum Ciuitatum decisiuum subsistat. Vlterius vero et 2) praecipue ad antiquum morem et obseruantiam prouocant, quod scilicet semper ante, quam cum Ciuitatibus communicarunt, inter se conuenerint, cui mori per I. P. nec derogatum sit nec derogari potuerit. Enimuero tantum abest, vt dictam obseruantiam Electores Principesque pro se adlegare atque legitimo probare queant modo, vt potius contrariam in fauorem Ciuitatum obseruantiam ex ipsis actis comitialibus demonstrare haut difficile erit. Faciamus paucis

sentur atque refutantur.

periculum. Quum origo collegii electoralis siue tempus, quo primum a Principibus se separare atque peculiare constituere collegium coeperint Electores, ob defectum testimoniorum historicorum certo definiri non possit, ita vt an iam ante annum 1489. separatio ista facta fuerit, valde dubium et incertum sit, conf. supra dicta p. 27.: nos in eruenda atque deducenda obseruantia, simultaneam re - et correlationem Ciuitatum concernente, vltra dictum annum 1489. adscendere non posse, quilibet per se intelligere poterit. Id quidem certum est, quod Ciuitatibus ante hoc tempus sententia Electorum Principumque semper fuerit communicata, quam communicationem deinde, concesso iusto deliberandi spatio, amici sequuti sunt tractatus, prout ex actis comitialibus de anno 1400. 1426. 27. etc. patet. Exinde autem minime adparet, an Electores atque Principes tum temporis iam ante inter se conuenerant, sed potius vnum adhuc constituisse collegium mihi videtur probabile. Sic porro in comit. Norib. anno 1466. Ciuitates cum Electoribus atque Principibus vno eodemque tempore instituerunt deliberationes, prout videre licet in iam *laudato Consilio* LVD. GREMP *et* HIERONYMI *zum* LAMB. ibi: *Gleicher gestallt haben chur- und fürsten auf dem tag zu Nürnberg anno* 1466. *die kaiserlich und Pæbstlichen anwælde lassen abtreten, sich mit den stædten, was für antwort zugeben, unterredet, und den stædten gesaget, so sie sich mit ihnen einhelliger antwort zu entschliessen nicht kænnten*

oder

oder wolten, ſo mœchte jeder theil ſich einer antwort entſchlieſſen, die zuſammentragen, einander erœfnen, die einigkeit darinn zu ſuchen etc. *haben auch über zween tage den ſtædten einen rathſchlag fürgehalten, mit begehr, ob ſie den willigen wollten, darauf die ſtædte, nach genommenem bedacht, ihre ſchriftliche antwort gegeben haben, das zu den Straßburgiſchen Reichshandlungen gezogen iſt.* Hic plenarius voti deciſiui effectus ſe exſerit. Siue enim hoc tempore Electores ſeparatum formauerint ſenatum ſiue non: Ciuitates tamen ab initio ſtatim admiſſas fuiſſe adparet, antequam Electores atque Principes aliquid inter ſe concluſerint. Eaſdem communicationes anno 1467. et 87. factas eſſe docent acta comitialia de his annis. Iam potiſſimum notatu digna ſunt comitia Francof. de anno 1489. Prout enim noto notius eſt, in his ſeparatim iuiſſe Electores: ita et certiſſimum quoque, in his comitiis Ciuitates ad ſimultaneam admiſſas fuiſſe re- et correlationem, dum ſcilicet Electores certiores fecerunt et Principes et Ciuitates vno eodemque tempore de ſententia in Collegio ipſo formata atque conuenta. Addere licebit praeclara *ex laud. conſil.* verba huc ſpectantia, quoniam ipſa acta mihi deficiunt: *Auf dem Reichstage zu Frankfurth anno* 1489. *ſeynd nach der kaiſerl. majeſtæt propoſition, die churfürſten ſonders, und die ſtædte ſonders gangen, und ſich berathen. Nachmals haben die churfürſten ihr bedenken den fürſten und ſtædten* NB. *ſæmtlich angezeigt, da ſind der fürſten bottſchaften, nach gehabtem*

habtem bedacht, der churfürsten meinung angehangen, aber der stædte bothen haben angezeigt, daß etc. et paullo post: *So hat folgends der erzbischof von Maynz seine und anderer churfürsten meinung, des kœnigs von Hungarn halben, der fürsten und der stædte sendbothen zu erkennen gegeben, nehmlich, daß sie - - - dieser antwort seynd etliche fürsten angehangen, etliche es an ihre herren bringen wollen, die von stædten aber haben zweierlei meinung angezeigt etc. das zu den Strasburgischen Acten gezogen.* Istiusmodi simultaneam re- et correlationem deprehendere quoque potes in comit. Wormat. de anno 1497. ibi: *Auf montag Bonifacii, als der bischof von Maynz aller stænde bottschaften bei einander versammlet gehabt, und derselben bedenken, etlicher sachen und gestellten schriften halben, zu vernehmen begehrt, hat er der stædte bottschaften in ihrer ordnung für der ganzen versammlung auch gefragt, welche auch ihre meinung, also in gemeiner versammlung, œffentlich angezeigt haben* etc. *wie das in denen Nürnbergis. acten berührten Reichstags zu sehen ist.* Optime quoque hic inseri merentur, quae habet DATT *de pace Imp. publ. L. V. C. VI. p. 805.: So ist es auch je und allwegen, nach sollichim fürgeben der sachen, gewœhnlich uff allen Reichstægen, nemlich, wie gemelt, zu Nürnberg, Regenspurg, auch Wurms im fünf und neunzigsten jahr, desgleichen zu Freyburg im Preißgau, und Augspurg des fünfzehen hunderlten jahrs, darzu auf die andere, darnach auch zu Augspurg, Costanz und zu eymahlen*

zu

zu Cœlln und Trier also gehalten worden, daß sich darauf in den Reichssachen erstlich die churfürsten allein, am andern fürsten, prælaten, grafen und herrn allein, und am dritten der erbarn frei-und Reichsstædte bottschaften allein, underredt und bedacht, und sollichs, so man anderst an solichen orthen soviel stuben gehabt, in sondern stuben gethan haben. Und so der bedacht aller dreier stænd erœfnet hat sollen werden (welches dann auch zu jederzeit in gegenwærtigkeit der erbarn frei-und Reichsstett bottschaften geschehen ist, und noch geschiehet), daß alsdann weiland Berchtold von Maynz churfürst, so viel sein fürstlich gnad auf den Reichstægen gewesen ist, entweder selbs in eigner person, oder herr Willhelm von Bappenhaim, des heiligen Reichs erbmarschalk seliger, oder ein anderer, von wegen des churfürsten von Maynz, den andern fürsten und stænden, weß sich die churfrüsten entschlossen hatten, offentlich angezeigt, und alsdann darauf die fürsten, prælaten, grafen und herrn, weß sie sich bedacht, auch gefragt, und so dieselben sollihs erœfnet, dann zum dritten gleichermaßen die stædt in ihren bedenken auch angefragt, und gehœrt, die dann dasselb nach gelegenheit der sachen, ins theils, vor œffentlicher versammlung, auch gesagt und fürgehalten haben etc. Nonne ſic Ciuitates ſeculo XV. et initio XVI. in quieta iuris poſſeſſione fuerunt, cuius exercitium et ſuperioribus et hodiernis comitiis recuperare fruſtra hactenus niſae ſunt? Quis ergo obſeruantiam reſpectu ſimultaneae

re- et correlationis ex parte Ciuitatum imperialium in seculo XV. et initio XVI. in dubium vocare potest? Ex hoc autem, opinor, prono fluit alueo, obseruantiam Collegiorum superior. contrariam dicta tempora minime excedere posse. Equidem haut inficias eo, hac iam aetate Electores Principesque nonnumquam exclusis Ciuitatibus negotia totum Imperium concernentia tractasse; sed haec ad obseruantiam nequaquam sufficiunt, cum Ciuitates semper contradixerint, prout iam supra §. XVII. indicauimus. Quietam possessionem indicare debent, si iure eamdem pro se adlegare volunt. An vero nouioribus temporibus, i e. seculo XVI. XVII. et XVIII. ius quaesitum Ciuitates excludendi a simultanea re- et correlatione adquisiuerint Collegia superiora, alia iam est quaestio, quam specialiter adhuc disquirere fas est. Vt adcurate procedam, distinguere licebit tempus ante et post pacem Westphal. Prius quod adtinet, haec notanda propositio, quod *et ab iis temporibus vsque ad pacem Westph. minime introducta sit istiusmodi obseruantia.* Electores quidem atque Principes a dicta simultanea re- et correlatione non solum excludere Ciuitates, verum etiam ipsum earum votum decisiuum in dubium vocare coeperunt; enim vero exinde ipsis ius nasci non potuit. Quis enim negare potest, haec omnia cum contradictione Ciuitatum semper esse suscepta; Minime ergo per istiusmodi actus, in praeiudicium Ciuitatum suscetur

ptos, oriri potuit obſeruantia imperialis. Nam ad omnem obſeruantiam introducendam requiritur intuitu adquirentis quieta poſſeſſio eiusdem iuris quod adquirendum, intuitu amittendis autem, ſeu in cuius praeiudicium obſeruantia eſt introducenda, accedere debet ſilentium, quale tantum abeſt, vt obſeruarint Ciuitates, vt potius omnia cum ipſarum contradictione peracta eſſe conſtet. Valet ergo hic regula: quidquid de facto fit, id non ſtatim de iure fieri cenſendum. Obiici quidem poſſet, Ciuitates ante tempora pacis praedictae numquam in eo ſe grauatas putaſſe, quod excludantur a ſimultanea re-et correlatione, ſed grauamen in eo tantum ſemper poſuiſſe, quod ſententia Electorum atque Principum ipſis communicetur tamquam concluſum finale, cui obedire debent; hinc licet non orta ſit obſeruantia, vi cuius votum Ciuitatum deciſiuum plane immutatum in Conſultatiuum, ſaltim tamen illa quoad excluſionem a ſimultanea re-et correlatione eſſet introducta. Enim vero quamuis et ipſa Collegia ſuperiora in declaratione ſua de anno 1653. ſaepius citata Ciuitatibus haec obiiciant, contrarium tamen docent ſcripta occaſione huius controuerſiae edita. Sufficiat verba ex iam adleg. Conſilio, quod circa annum circiter 1543. prodiit (conf. SCHWEDER de voto decis. Ciu. Imp. p. 55.), hic adponere, quae ita ſeſe habent: *Aber geſezt, daß chur- und fürſten in fürfallenden Reichshændeln zu ſchließen macht hætten;*

ſo mœchte doch ſolches den erbarn frei-und Reichsſtædten an ihrem jezigen vorhaben und petition wenig ſchadens oder Nachtheils bringen, auch chur-und fürſten an ihren beſchwehrlichen neuerungen keinen vorſtand noch vortheil gebühren; dann es iſt (unſers erachtens) *dißmahl der ſtreitt noch nicht, ob im Reichsrath das mehrere mœge beſchluß und Reichsabſchiede machen, ſondern iſt das der Spann, wie man zu ſolchen mehreren ordentlich kommen, und die beſchlüſſe oder abſchiede, den rechten und altem herkommen gemæß, fœrmlich fürnehmen und aufrichten ſoll, da wollen chur-und fürſten, waß ſie der ehrbaren ſtædte bottſchaften unerfordert, unbefragt und unverhœrt unter ihnen ſelbſt beſchließen, das ſollte krafft urd beſtand haben, auch die erbare ſtædte demſelbigen zugeleben, folge und genügen zu thun ſchuldig ſeyn; So vermeinen aber die erbare ſtædte, es habe die geſtallt gar nicht, ſey auch bei dem heil. reich nicht alſo herkommens, ſondern ſollen chur- und fürſten* NB. *ehe und bevor ſie ſich einer endlichen meinung entſchließen, der erbarn ſtædte bottſchaften ihres bedenkens auch nothdürftiglich verhœren, und ihre bewilligung requiriren, oder wo ſolche nihct mag ſtatt haben, die vergleichung der Rœmiſ. kaiſerlichen, oder kœniglichen majeſtædt, als den hæuptern heimſtellten, damit leztlich mit einhelliger ſentenz mœge beſchloſſen werden* NB. *alles wie es vor alters hergebracht und droben der længe nach deducirt worden.* In hac petitione quidem, etſi non expreſſis verbis ſimultaneae

re-

re - et correlationis fiat mentio; intentio tamen magis respicienda quam nuda verba, cum insuper verba *ehe und bevor*, et *alles wie es für alters hergebracht* nonnisi hoc innuere videantur. Quid quod in conuentu Osnab. diserte ita petierunt, vt dicta verba inst. Pac.. insererentur, id quod tamen non factum esse satis superque docent ipsa I. P. verba. Contradictiones itaque Ciuitatum ante p. W. concernabent vtique simult. re - et correlata; ergo et quoad exclusionem ab hac minime ante dict. pac. oriri potuit obseruantia imperialis, sicque illa hoc quoque modo euanescit. Restat adhuc, vt et post pac. W. praetensam obseruantiam omni destitui fundamento demonstrem, idquod sequenti fieri potest modo. Sicut enim Ciuitatibus in I. P. ius quaesitum per omissionem verborum: re et - correlat. nec ademtum est, cum verba: *non minus quam ceteris Statibus* iisdem aequipolleant ac indicent, Ciuitates eadem forma et modo votum decisiuum exercere posse prout reliquos Status (§. XX.), nec adimi potuit; ita quoque statim in comitiis proxime subsequentibus omnem nauarunt operam, vt tandem iuxta I. P. in integrum restituerentur, id quod et hodiernis comitiis, licet frustra, denuo tentarunt. Nullum aliud ipsis ergo superfuit medium, quam quod protestando ius suam conseruare studerent, id quod non vna vice fecisse, acta Comitial. supra iam adlegata satis comprobant. Sic indecisa est ad hodiernum vsque diem controuersia: Sic saluum atque illibatum tenent Ciuitates ius

praecipuum. Vtinam tempus ad propinquasset, vt easdem in pristinum, quo seculo XV. fuerunt, statum resti utas videre possimus, id quod omnes libertatis Germanicae, inprimis autem Ciuitat. imp. defensores mecum ex animo optare firmiter sum persuasus.

ORNATISSIMO
IVRIVM CANDIDATO
IOANNI IACOBO WICKH
VLMANO
S. P. D.

IOAN. GEORG. ESTOR
PROCANCELLARIVS.

Si animum retorquemus ad praeterita tempora proxime elapsi seculi medii inque primis tabularum pacis Westphalicae aetatem; profecto animaduertimus communium temporum et conuersionem et inclinationem in honoribus academicis cum petendis tum capessendis. Illo tempore legati fere omnes doctoris aut licentiati honore nomen suum ornabant, et, consiliarii munus solum haut sufficere, existimabant.

Isaacus Volmar, Weinsberga Sueuus, poliographi filius, sacris a Luthero repurgatis primo addictus, inter Caesaris legatos ad pacificationem, quam vocamus Westphalicam, eminebat, verumtamen iuris vtriusque doctoribus erat adscriptus.
Alter

Alter imperatoris legatus, ad pacis compositionem Ioannes Crane iurium erat licentiatus, itemque alii legati honoribus academicis erant insigniti, videlicet Petrus Buschmann, VII. viri Coloniensis, Hermannus Adolphus Scherer, VII. viri Treuirensis, Petrus Fritze VII. viri Brandenburgici, Adamus Adami praesulis Corbeiensis, Augustus Carpzov ducis Saxonis Altenburgici, Iacobus Lampadius, Chrysostomus Koeler et Heinricus Schrader, ducum Brunsuicensium, Ioannes Vulteius, Iustus Sinold dictus Schütz, Ioannes Iacobus Wolf a Todenwart, Landgrauiorum Hassiae, Abrahamus Keyser ducis Mecklenburgici, Georgius Achatius Heher, ducum Vinariensium et Gothani, Andreas Burckhartus, Wirtenbergici ducis, Ioannes Adamus Schrag, comitum Nassouicorum, Zacharias Stenglin, Francofordiensis, Gerhartus Coch, et Ioannes Wachmann Bremenses, Valentinus Heider, ciuitatum quarumdam Sueuiae, Ioannes Christophorus Meurer, Hamburgensis, Sebastianus Otto, Vlmanus, Wolf Iacobus Sadler, Noerdlinganus, Marcus Otto Argentinensis, Dauid Gloxin, Lubecensis, Christophorus Schroeder, Memmingensis, syndici.

Constitutioni imperii, quam recessum nouissimum vocare solemus, nomina sua adposuerunt multi doctores et licentiati, legati, v.g. Ioannes Anethan, iurium licentiatus, cancellarius Treuirensis, Ioannes Heinricus Gobelius, doctor, Treuirensis legatus. Inter ceteros ordinum imperii oratores, ad conuentum regni publicum Ratisbonensem,

 honori-

honoribus academicis fuerunt ornati: Ioannes Christophorus Altenhofen, Coloniensis antistitis, Ioannes Georgius Oexel, et Hieronymus Stoerz VIII. viri Bauari, Augustinus *Strauch*, primus ordinis iuridici Vitenbergensis, cuius consilia sequuti sunt in repurganda formula disceptationum forensium camerae, Ioannes Ludouicus Mieg, VIII. viri Palatini, Isaacus Volmar, Austriaci, Balthasar Zauchenberger, itemque Volpertus Molzel et Caspar Ioachim Reuter, Salisburgici, Georgius Koeberling, Constantiensis, Io. Iacobus Speidel, Augustani, Io. Dauber, Hildesiensis, Io. Christophorus Maenze, Frisingensis, Io. Weingartler et Vradislaus Mezger, Passauiensis, Bernhartus Weydenbrück, Monasteriensis, Ioannes Krull consiliarius Magdeburgici, nomine antistitis Lubecensis, Io. Guilielmus Hillesem, Prumiensis, Ignatius Franciscus de Haas, Stabulensis, Io Ernestus et Io. Wampel, Bauari, Arnoldus Peil, Lauterensis, Io. Michael Heinz, Palatini, Augustus Carpzov, Coburgici, Ioannes Thomae, Altenburgici, Guilielmus Schroeter, Gothani, Io. Christoph. Pühler in Doehlaw, Christiani Brandenburgici, Tobias Appolt, Onoldini, Io. Schwarzkopf, Chrysostomus Koehler, Heinricus Diterichs et Heinricus Speyrmann Brunsuicensium ducum, Daniel Nicolai, Meklenburgicorum, Io. Vlricus Zeller, Wirtenbergici, Iustus Sinolt dictus Schütz, Hassiaci Darmstadini, Felix Linsemann, Durlacensis, ceteri.

Ipsi olim Germaniae principes fastidio non abalienabantur ab honoribus academicis, quos enu-

meraue-

merauerunt praeter HERMANNVM KIRCHNERVM, alii. Hermannus Hassiae Landgrauius, Pragae sollemni ritu magister fuit creatus. Ioannes II. princeps Meklenburgicus, qui anno CIↃCCLXV. animam efflauit, ad gradum doctoris theologiae Parisiis fuerat promotus, perhibente MATTHIA IOANNE BEEHR *rerum Meclenburgicarum* col. 199. Hartmannus Burggrauius de Kirchberg, iurium doctor, tribunalis Spirensis adsessor, canonicus Moguntiacus, postea praesul Fuldensis, e viuis abiit Moguntiae anno 1529. Albertus pincerna de Limburg, qui e numero procerum imperii erat, in doctorum ordinem fuit adscriptus et anno 1430. praepositus Moguntiacus, Gerhartus a Breidenbach iuris doctor anno 1484. decanus fuit Moguntiacus. Sebastianus ab Heusenstamm iuris doctor anno 1544. scholasticus erat Moguntiae. Theodericus Zobel a Gibelstad, iuris doctor anno 1518. scholastici Moguntini munere functus est. Christophorus a Gablenz iuris doctor cantor Moguntiae fuit anno 1518. Vriel de Gemmingen, iuris doctor, ecclesiae Wormaciensis custos, Moguntinae decanus, et anno 1505. Iacobo, antistiti Moguntiaco legitimis suffragiis fuit suffectus, finemque vitae impleuit anno 1514. Ewaldus Faulhaber de Wechtersbach, doctor, anno 1469. cantor Moguntiae. Lupoldus de Bebinburg, canonicus Moguntinus, doctor, circiter annum 1325. vixit. Marquardus de Berg, iurium doctor, anno 1555. canonicus Moguntinus, praepositus Augustanus, decanus Bambergensis. Guilielmus de

Bicken, doctor, canonicus Moguntinus anno 1505. Sub annum 1480. vixit Otto de Breitbach artium et iurium doctor, canonicus Moguntinus et Treuirensis. Anno 1463. Macarius de Buseck iurium doctor erat canonicus Moguntiae. Iulius Echter de Mespelbrunn, iurium licentiatus anno 1558. fuit decanus Herbipolensis et canonicus Moguntinus. Philippus de Girstein, doctor, anno 1443. canonicus erat Moguntinus. Fridericus Küchenmeister de Gamberg, licentiatus, canonicus fuit Moguntiae anno 1482. Heinricus Moehrle dictus Boehm, licentiatus, canonicus ibidem, anno 1417. Anno 1294. occurrit Heinricus de Rüdesheim, doctor, canonicus Moguntinus. Valentinus de Tettenleben, theologiae ac iurium doctor, anno 1523. erat canonicus Moguntiae, Magdeburgicus et Hildesiensis, perhibente GEORGIO CHRISTIANO IOANNIS P. II. *rerum Moguntiacarum.*

At plura prosequi instituti huius ratio prohibet. Interim doctoris honos ad ornandum primum inuentus, nescio quo abusu et qua deprauatione hoc seculo degenerauit, et a rerum dignitate ad fastidiosum nomen adductus est. Sane imperator Sigismundus tanti fecit doctoris nomen, vt, quum Georgium Fescellum, doctorem, creauisset equitem, hunc valde obiurgauerit, quod, deserens doctorum ordinem, in senatu sanctiore, Basileae anno 1434. habito, se cum equitibus sociauerit, teste IO. SEBASTIANO MÜLLERO p. 18. *annalium Saxonicorum.* Attamen collatio indignis facta,

in

in contemtum quoque honores adduxit academicos. De quo abusu non sine ratione sunt conquesti GEORGIVS DANIEL MORHOF libro II. *polyhistoris* cap. XI. §. 22. p. 501., et AEGID. MENAGIVS in epistola *amoenitatibus iuris* praefixa. Permouit haec abusio non nullos, vt, ICti nomen doctoris honori anteferrent. Accessit fanaticorum quorumdam delirium, praesertim GOTTFRIDI ARNOLDI bacchatio, qua doctoris vel magistri nomine vti, peccatum horribile esse effutiebant. Quidquid demum sit, inter viros, auctoritate pollentes et illustri laude conspicuos, hoc seculo nomen doctoris primum fere sordere coepit CHRISTIANO THOMASIO, qui iurisconsultus audire malebat. Deinde, mos, quo principes consiliarii honorem cum pluribus eruditis communicare sunt soliti, doctoris honori lucem eripuit.

Interea decus et ornamentum comitiorum, vir perillustris BVRCHARDVS CHRISTIANVS BEHR, eques Luneburgicus, Magnae Brittaniae regis tamquam VIIII. viri Brunsuicensis ad regni Germanici conuentum Ratisbonensem ablegatus splendidissimus, qui per aliquot annos scholis meis diligentissime interfuit, anno CIƆIƆCC XXXVIII. pristinum doctoris honorem instaurandum duxit, siquidem doctoris iurium nomine sollemniter Goettingae fuit insignitus.

Laudem itaque mereris, ORNATISSIME CANDIDATE, qui maiorum vestigiis insistis, et patrios mores in colendis honoribus academicis seruas.

uas. Gratulor tibi enixe de hoc propoſito. Tametſi vero noua haec exercitationis TVAE ſpecies, aliquam habere videtur in patria TVA iucunditatem, quam illae fortaſſe non habent priuati arbitrii diſputationes; verumtamen de re ipſa, vtcumque ſit, de me quidem et de HONORATISSIMIS COLLEGIS, certe adſenſum TIBI nequeo polliceri. Noſti enim probe, nos longe alia ſentire ac docere, quam TV in opuſculo TVO ſenſiſti, vſumque TE tantum fuiſſe libertate academica penes nos, vt haberes, quod e cathedra defenderes, non quod temere irruere velles poſſeſue in alienas poſſeſſiones. Rogo igitur atque obteſtor TE, beneuole lector, vt rem ipſam, de qua certabit noſter candidatus, ab omni inuidiae ſuſpicione liberes. Quod reliquum eſt, fruere virtute TVA, SVAVISSIME CANDIDATE, quae ipſa litterarum fautoribus debet eſſe ſatis: ego enim, quod vnum valeo, tui ingenii alia ornamenta cogitatione iucunda complectar, officioque, quantum potero colam. Quod facis in poſterum pro ſalute TVA, id TIBI volo bene et feliciter euenire. Vale. Marburgi die XV. nouembris

A. R. S. CIↄ IↄCCLI.